Ejus rei cum teſtimonium ipſi complures dediſſent, cauſſa, cur iſte caſus ferociores alacrioreſque faceret equos, in quæſtionem venit. Plerique hanc adferebant rationem, metum iſto eventu, non ferociam indi equo: proinde cum eſſent facti meticuloſi et qui facile quamvis ad rem paverent, celeriter ſeſe incitare, in morem ferarum aliquando caſſibus ictarum. Ego autem conſiderandum dixi, numnam contrarium magis ſit verum: neque ideo agiliores fiant pulli quod effugiſſent vim adorientium beſtiarum: ſed nunquam eam fuerint evitaturi, niſi celeres eſſent et feroces. Non enim Ulyſſem eo factum prudentem quia Cyclopem effugiſſet, ſed ideo effugiſſe, quia erat prudens.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ θ'.

Διὰ τί τὰ λυκόβρωτα τῶν προβάτων, τὸ κρέας μὲν γλυκύτερον, τὸ δὲ ἔριον φθειροποιὸν ἴσχει.

QUÆSTIO IX.

Quare ovis a lupo morſæ caro ſit ſuavior, laua autem pediculos gignat.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΑΤΡΟΚΛΕΥΣ. ΟΙ ΠΡΟΤΕΡΟΝ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PATROCLES. PRIORES.

ΜΕΤΑ τοῦτο περὶ τῶν λυκοβρώτων ἐξηγεῖτο προβάτων, ἃ λέγεται τὸ μὲν κρέας γλυκύτατον παρέχειν,
C τὸ δὲ ἔριον φθειροποιόν. Οὐ φαύλως οὖν ἐδόκει Πατροκλέας ὁ γαμβρὸς ἐπιχειρεῖν περὶ τῆς γλυκύτητος, ὡς τοῦ θηρίου τῷ δήγματι τὴν σάρκα τακερὰν ποιοῦντος· καὶ γὰρ εἶναι τὸ πνεῦμα τοῦ λύκου περίθερμον οὕτω καὶ πυρῶδες ὥστε τὰ σκληρότατα τῶν ὀστῶν ἐν τῇ κοιλίᾳ τή-

B. 17. ἐξηγεῖτο] Ita omnes libri: attamen legendum ἐζητεῖτο, ut et Xyl. monuit.

SECUNDUM hæc quæſtio de morſis a lupo ovibus incidit, quæ dicuntur carnem habere dulciſſimam, lanam pediculos gignentem. Non inepte autem viſus eſt Patrocles adfinis noſter de dulcedine ratiocinari, carnem morſu ejus feræ colliquari. Eſſe enim ſpiritum lupi adeo fervidum et ignitum, ut oſſa etiam duriſſima in ventre colliquet at-

χειν καὶ καθυγραίνειν· διὸ καὶ σήπεσθαι τὰ λυκόβρωτα τῶν ἄλλων τάχιον. Περὶ δὲ τῶν ἐρίων διηποροῦμεν, μή ποτε οὐ γεννᾷ τὰς φθεῖρας, ἀλλ' ἐκκαλεῖται, τραχύτητός τινος ἀμυκτικῆς ἢ θερμότητος ἰδιότητι, διακρίνοντα τὴν σάρκα· ταύτην δὲ τοῖς ἐρίοις τὴν δύναμιν ἐγγίνεσθαι D περὶ τὸ τοῦ λύκου δῆγμα, καὶ τὸ πνεῦμα μεταβάλλοντος ἄχρι τῶν τριχῶν τοῦ σφαττομένου. Καὶ συνεβάλλετο τῷ λόγῳ πίστιν ἡ ἱστορία· τῶν γὰρ κυνηγῶν καὶ τῶν μαγείρων ἐπιστάμεθα τοὺς μὲν μιᾷ πληγῇ καταβάλλοντας, ὥστε ἀπνευστὶ τὰ πληγέντα κεῖσθαι, τοὺς δὲ πολλαῖς μόγις καὶ χαλεπῶς ἀναιροῦντας· ὃ δὲ τούτου θαυμασιώτερόν ἐστι, τοὺς μὲν τοιαύτην ἐνιέντας μετὰ σιδήρου τῷ τιτρωσκομένῳ δύναμιν, ὥστε ταχὺ σήπεσθαι καὶ μηδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν ἀντέχειν, τοὺς δὲ ἀποκτείναντας μὲν οὐ βράδιον ἐκείνων, οὐδὲν δὲ τοιοῦτο γινόμενον περὶ τὴν σάρκα τῶν σφαγέν- E των, ἀλλ' ἐπὶ χρόνον διαμένουσαν. Ὅτι δὲ καὶ κατὰ τὰς

C. 6. καὶ καθυγραίνειν] καὶ addidi ex E. Palat. Baſ. Xyl. Jannot. Mez.

D. 2. δῆγμα, καὶ] Inter has duas voces Xyl. in Latina verſione aſteriſcum, ſignum defectus poſuit. Reiſkius conjicit τὸ σφαττόμενον proxime legendum. Equidem nil putem deeſſe: ſaltem diſtinctius Latine reddidi.

E. 2. κατὰ τὰς σφαγὰς] τὰς addidi ex Palat.

que emolliat: atque ideo a lupis morſa celerius quam alia liqueſcere. De lana autem dubitatum fuit, An fortaſſe ea non generet pediculos, ſed evocet proprietate quadam aſperitatis incidentis aut caloris carnem diſcernentis. Hanc autem vim conciliari morſu lupi, qui ſpiritum jugulati ad crines uſque mutet. Et hiſtoria fidem huic rationi fecit. Novimus enim venatores et coquos, alteros uno ictu feram ſternere, ut ſuffocata abſque ſpiratione jaceat: alteros ægre multis ictibus occidere: et, quod magis mirum ſit, alteros eam vim cum ferro indere vulneri, ut mox putreſcant, ac ne unum quidem diem ſe a putredine defendant: alteros cum non tardius interficiant quam illi, tamen nihil tale in carnem inferre, ſed eam diu manere integram. Quod au-

σφαγὰς καὶ τοὺς θανάτους τῶν ζώων μεταβολαὶ μέχρι δερμάτων καὶ τριχῶν καὶ ὀνύχων διατείνουσιν, ἀποδηλοῦν εἰώθει τῷ λέγειν καὶ Ὅμηρος ἐπὶ τῶν δερμάτων, καὶ τῶν ἱμάντων, ὅτι φησὶν ἱμὰς βοὸς ἶφι κταμένοιο· τῶν γὰρ μὴ νόσῳ μηδὲ γήρᾳ διαλυομένων, ἀλλ᾽ ὑπὸ σφαγῆς, εὔτονον τὸ δέρμα καὶ στιφρὸν γίνεσθαι· τὰ δὲ ὑπὸ θηρίων δηχθέντα, καὶ τοὺς ὄνυχας μελαίνεσθαι, καὶ τριχορροεῖν, καὶ τοῖς δέρμασι φλιδᾷν καὶ ῥακοῦσθαι.

E. 4. ἀποδηλοῦν εἰώθει—ὅτι φησιν] εἰώθει mutandum in ἔοικε. Ceterum duæ lectiones in unam confuſæ videntur: altera, ἀποδηλοῦν ἔοικε καὶ Ὅμηρος, τῷ λέγειν ἐπὶ τῶν δερμάτων καὶ ἱμάντων ἱμὰς β. ἶ. κτλ. altera, ἀποδηλοῦν ἔοικε καὶ Ὅμηρος ἐπὶ τῶν δερμάτων καὶ τῶν ἱμάντων, ὅτι φησιν ἱμὰς β. ἶ. κτλ.

E. 8. στιφρὸν] Sic Anon. T. V. Vulgo, στριφνόν. Baſ. Xyl. Palat. στρυφνόν. Clarkius ad Hom. Il. ί. 375, conjicit στυφρόν.

tem jugulatio et mors animali mutationem adferat, quæ ad cutem uſque, capillos ungueſque pertineat, id Homerus quoque declarare ſolebat, de cute et loro dicens,

—bovis, qui vi jugulatus.

Quæ enim animalia non morbo, neque ſenectute diſſolvuntur, ſed jugulantur, eorum pellis valida eſt et denſa: quæ autem a feris mordentur, eorum et ungues denigrantur, et capilli defluunt, et pelles laxæ fiunt ac ruptu faciles.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ι′.

Πότερον οἱ παλαιοὶ βέλτιον ἐποίουν πρὸς μερίδας, ἢ οἱ νῦν ἐκ κοινοῦ δειπνοῦντες.

QUÆSTIO X.

Vetereſne rectius fecerint qui in conviviis ſuam cuique portionem tribuerunt, an qui nunc in commune præbent.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ʽΑΓΙΑΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. HAGIAS.

α′. ʹΟΤΕ τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἦρχον οἴκοι, τὰ πλεῖστα τῶν δείπνων δαῖτες ἦσαν, ἐν ταῖς θυσίαις ἑκάστῳ μερίδος ἀποκληρουμένης· ὃ τισὶ μὲν ἤρεσκε θαυμαστῶς· οἱ δὲ ὡς ἀκοινώνητον καὶ ἀνελεύθερον ψέγοντες, ᾤοντο δεῖν ἅμα τῷ καταθέσθαι τὸν στέφανον ἐπὶ τὴν συνήθη δίαιταν αὖθις μεθαρμόσασθαι τὰς τραπέζας. Οὐ γὰρ τοῦ

F. 11. τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἦρχον οἴκοι] Verti, ut res ipſa poſtulare videtur. Plane aliter Xylander et Amiotus acceperunt.

I. QUO tempore in patria eum magiſtratum geſſi, qui ab imperando *imperium*, Græce *arche* dicitur; in ſacrificiis pleræque cœnæ ita agitabantur, ut ſua cuivis portio tribueretur. Id cum nonnullis impenſe probaretur, fuerunt qui a communione alienum dicerent atque illiberale, putarentque ubi primum depoſita eſſet corona, debere menſas ad priſtinum morem reformari. Non enim edendi,

643 φαγεῖν, ὁ Ἁγίας ἔφη, χάριν οὐδὲ τοῦ πιεῖν, ἀλλὰ τοῦ
συμπιεῖν καὶ συμφαγεῖν, ὡς ἐγῷμαι, καλοῦμεν ἀλλήλους.
Ἡ δὲ εἰς μερίδας αὕτη κρεωδαισία τὴν κοινωνίαν ἀναιροῦ-
σα, πολλὰ δεῖπνα ποιεῖ καὶ πολλοὺς δειπνοῦντας, οὐδένα
δὲ σύνδειπνον οὐδενός· ὅταν ὥσπερ ἀπὸ κρεωπωλικῆς
τραπέζης σταθμῷ λαβὼν ἕκαστος μοῖραν ἑαυτῷ, πρόθη-
ται. Καίτοι τίνα ἔχει διαφορὰν, ἢ κύλικα καταστή-
σαντα τῶν κεκλημένων ἑκάστῳ, καὶ χοῦν ἐμπλησάμενον οἴ-
νου καὶ τράπεζαν ἰδίαν, ὥσπερ οἱ Δημοφωντίδαι τῷ Ὀ-
ρέστῃ λέγονται πίνειν κελεῦσαι μὴ προσέχοντα τοῖς ἄλ-
λοις, ἢ τοῦτο ὅπερ νῦν γίνεται, κρέας παραθέμενον καὶ ἄρ-
B τον, ὥσπερ ἐκ φάτνης ἰδίας ἕκαστον εὐωχεῖσθαι; πλὴν
ὅτι μὴ πρόσκειται σιωπῇ ἡμῖν ἀνάγκη, καθάπερ τοῖς τὸν
Ὀρέστην ξενίζουσιν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἴσως αὐτὸ πρὸς τὴν
ἁπάντων κοινωνίαν ἐκκαλεῖται τοὺς συνόντας, ὅτι καὶ λό-

A. 5. κρεωπωλικῆς] Sic Ald. Baſ. Xyl. Palat. Vatic. Vulgo, κρεοπωλικῆς.
A. 7. ἢ κύλικα] ἢ natum ex antecedenti ν. itaque delendum cum Reiſk.
A. 8. καὶ χοῦν] καὶ omnes habent libri præter Steph. qui ἢ intulit.
B. 2. σιωπῇ] Legendum σιωπῆς cum Mez. et Reiſk.

aiebat Hagias, et bibendi gratia, ſed compotandi, puto, et una edendi gratia nos invicem vocamus. At iſta carnium in portiones diviſio ſublata communione multas facit cœnas, multos cœnantes, neminem alterius convivam: quando veluti a lanii menſa pondere acceptam quivis partem ſibi proponit. Et quid refert calicemne convivarum cuique proponas peculiarem, ſextariumque vini plenum, et propriam menſam, (quo pacto Demophontidæ Oreſtem feruntur cœna excepiſſe, jubentes pro ſe bibere, neque obſervare alios), quam id agere quod hodie fit, ut quiſque ſibi propoſitis pane et carne tanquam e proprio præſepi veſcatur? niſi quod nobis non incumbit neceſſitas tacendi, ut Oreſtem convivio accipientibus. Immo hoc ipſum convivas ad communitatem omnium rerum provocat, quod et communi utimur invicem ſermone, et cantu pſaltriæ oblec-

γὰρ κοινῇ πρὸς ἀλλήλους χρώμεθα, καὶ ᾠδῇ ψαλτρίας τερπούσης, καὶ αὐλητρίδος ὁμοίως μετέχομεν· καὶ ὁ κρατὴρ οὗτος ὅρον οὐκ ἔχων ἐν μέσῳ πρόκειται, πηγὴ φιλοφροσύνης ἄφθονος, καὶ μέτρον ἔχουσα τῆς ἀπολαύσεως τὴν ὄρεξιν· οὐχ ὥσπερ ἡ τοῦ κρέως καὶ τοῦ ἄρτου μερὶς ἀδικωτάτη μέτρῳ καλλωπίζεται τῷ ἴσῳ πρὸς ἀνίσους· τὸ C
γὰρ αὐτὸ τῷ μικροῦ δεομένῳ πλέον ἐστὶ, τῷ δὲ μείζονος, ἔλαττον. Ὥσπερ οὖν, ὦ ἑταῖρε, ὁ κάμνουσι πολλοῖς ἴσα φάρμακα μέτροις ἀκριβέσι καὶ σταθμοῖς διανέμων, παγγέλοιος, οὕτω τοιοῦτος ἑστιάτωρ οἷος ἀνθρώπους οὔτε διψῶντας ὡσαύτως οὔτε πεινῶντας εἰς ταὐτὸ συναγαγὼν, ἀπὸ τῶν ἴσων θεραπεύειν ἅπαντας, ἀριθμητικῶς, οὐ γεωμετρικῶς, ὁρίζων τὸ μέτριον καὶ δίκαιον. Εἰς καπήλου μὲν οὖν φοιτῶμεν ἑνὶ χρώμενοι μέτρῳ τῷ δημοσίῳ πάντες· ἐπὶ δεῖπνον δὲ ἕκαστος ἰδίαν ἥκει γαστέρα κομίζων, ἣν οὐ τὸ ἴσον ἀλλὰ τὸ ἀρκοῦν ἐμπίπλησι. Τὰς δὲ Ὁμηρικὰς D

D. 1. Ὁμηρικὰς] Veriſſima lectio, quam Xyl. conjectura aſſecutus eſt, Stephanus a Leonic. Schott. Anon. accepit. Omnes alii libri Ὁμβρικάς.

tantis aut tibicinæ ex æquo fruimur, et crater in medio poſitus, nullis circumſcriptus finibus, fons exſtat amicitiæ largus, modumque fruendi habet appetitu definitum: non quomodo panis et carnis injuſtiſſima portio æqualitatis menſura injuſtiſſime ſe venditat apud inæquales. Idem enim et ei qui paulo indiget, nimium eſt, et ei qui multo opus habet, non ſufficit. Ergo ſicut, amice, qui multis ægrotantibus æqualia medicamenta menſuris et ponderibus exactis diſtribueret, per eſſet ridiculus: ita etiam habendus eſt præbitor, qui homines neque ſitientes æqualiter neque eſurientes, univerſos æquali modo volet curare, menſuram, et quod cuique tribuendum ſit arithmetica, non geometrica definiens ratione. In cauponam quidem imus, publica omnes menſura una utentes: ad cœnam autem quiſque proprium apportantes ventrem venimus, quem non æquale, ſed ſufficiens ei quod ſit, impleat. Neque vero Homeri-

ἐκείνας δεῖξαι οὐ χρὴ μεταφέρειν ἐκ τῶν στρατιωτικῶν καὶ
παρεμβολικῶν ἐνταῦθα δεῖπνον, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν τῶν
παλαιῶν φιλανθρωπίαν ζηλοῦν, οὐ μόνον ὁμεστίους οὐδὲ ὁμο-
ρόφους, ἀλλὰ καὶ ὁμοχοίνικας καὶ ὁμοσίτους, τῷ πᾶσαν σέ-
βεσθαι κοινωνίαν, ἐν τιμῇ τιθεμένους. Τὰ μὲν οὖν Ὁμή-
ρου δεῖπνα χαίρειν ἐῶμεν· ὑπολιμώδη γάρ ἐστι καὶ διψα-
λέα, καὶ ἐπάρχας βασιλεῖς ἔχοντα τῶν Ἰταλικῶν δεινοτέ-
ρους καπήλων· ὥστε παρ' αὐτὰς τὰς μάχας ἐν χερσὶ τῶν πο-
E λεμίων ὄντων ἀπομνημονεύειν ἀκριβῶς πόσον ἕκαστος τῶν
δεδειπνηκότων παρ' αὐτοῖς πέπωκε. Τὰ δὲ Πινδαρικὰ
βελτίω δήπουθεν, ἐν οἷς ἥρωες αἰδοίαν ἐμίγνυντο ἀμφὶ
τράπεζαν θαμά, τῷ κοινωνεῖν ἁπάντων ἀλλήλοις. Ἐκεῖνο
γὰρ ἦν οἷον ἀνάμιξις ἀληθῶς καὶ σύγκρασις· τοῦτο δὲ δι-
αίρεσις καὶ διαβολὴ τῶν φιλτάτων εἶναι δοκούντων, ὡς μηδὲ
ὄψου κοινωνεῖν δυναμένων.

D. 4. ὁμεστίους] Ita E. H. Venet. Palat. Vatic. Vulgo, ὁμοβίους, a Stephano exhibitum ex Leonic. Schott. Anon. Turneb. qui ita correxiſſe videntur ex vitioſo ὁμφίους quod habent Ald. Baſ. Xyl.

E. 3. ἥρωες—θαμά] Sic Steph. Aliter Ald. Baſ. Xyl. ἥρως αἰδοῖαν ἐμιγνύτο ἀμφὶ τραπέζαν θ' ἅμα: et ita fere ſcripti libri.

E. 5. σύγκρασις] Sic H. Vatic. Mez. Vulgo, σύγκρισις.

cæ illæ cœnæ militares atque caſtrenſes huc ſunt transferendæ: ſed æmulanda potius antiquorum humanitas, qui ut omnem venerarentur communionem, non foci modo et tecti, ſed chœnicis etiam et cibi ſocietatem honori duxerunt. Valeant ergo Homericæ cœnæ, a fame et ſiti non uſquequaque liberæ, et quibus præſint reges Italicis cauponibus ad rem attentiores, qui in ipſis prœliis præciſe commemorent, quantum in cœna apud ipſos quivis biberit. Pindaricæ nimirum meliores, in quibus *heroës venerandam juxta menſam permiſcentur.* Ea enim vera eſt permixtio, cum omnia omnibus ſunt communia: ſicut contra divulſio eſt, quæ crimen diſcordiæ amiciſſimis ingerit, cum ne obſonium quidem communicare poſſe videntur.

β'. Ἐπὶ τούτοις εὐδοκιμήσαντι τῷ Ἁγίᾳ παρώξυνάν με ἐπιθέσθαι. Ἔλεγον οὖν ξένον τι πεπονθέναι πάθος Ἁγίαν, εἰ τὴν ἴσην μερίδα λαμβάνων δυσκολαίνει, γαστέρα φορῶν τηλικαύτην· καὶ γὰρ αὐτὸς εἶναι τῶν ἀδδηφαγίᾳ F χαιρόντων· ἐν γὰρ ξυνῷ ἰχθύϊ ἀκάνθας οὐκ ἔνεισιν, ὥς φησιν ὁ Δημόκριτος. Ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ, ἔφην, καὶ μάλιστα τὴν μοῖραν ὑπὲρ εἱμαρμένην ἡμῖν ἐπήγαγεν. Ἰσότητος γὰρ, ἣν

Πόλεις τε πόλεσι, συμμάχοις τε συμμάχους

ἡ Εὐριπίδειος γραῦς φησι συνδεῖν, οὐδὲν οὕτως ὡς ἡ περὶ τράπεζαν κοινωνία δεῖται, φύσει καὶ νόμῳ, καὶ ἀναγκαίαν οὐ καινὴν οὐδ' ἐπείσακτον ὑπὸ δόξης, ἔχουσα χρείαν· τῷ πλέονα δ' ἐκ τῶν κοινῶν ἐσθίοντι πολέμιον καθίσταται τὸ καθυστερεῖν καὶ ἀπολειπόμενον, ὥσπερ ἐν ῥοθίῳ τα- 644
χυναυτούσης τριήρους. Οὐ γὰρ φιλικὸν οὐδὲ συμποτικὸν,

E. 9. οὖν ξένον] Legendum ἦν ὁ ξένον ut Mez.
F. 1. καὶ γὰρ—χαιρόντων] Forte, ἐδόκει γὰρ—χαιρόντων et in parentheſi accipiendum.
F. 3. ἔφην—νόμῳ] ἔφην pro ἔφη dedi ex Anon. T. V. Amiot. Mez. ἣν, pro ἦν, ex Xyl. et Mez. οὐδὲν, pro οὐδὲ ἂν ex Ald. Baſ. Xyl. E. H. qui οὐδὲ ἂν habent. Denique καὶ νόμῳ mutandum in ὁ νόμῳ ut vertit Xyl.

II. His dictis cum placeret Hagias, inſtigarunt me ut contra dicerem. Tum ego, Non inſolens, inquam, Hagiæ quippiam uſuvenit, ſi tantum gerens ventrem inique fert æquam ſe accipere portionem, unus ipſe de helluonibus? Nam *in communi piſce, non inſunt ſpinæ*, dicebat Democritus. Atqui hoc ipſum, inquam, maxime Mœran, (id eſt, Fatum, a danda cuique ſui portione, dictum,) præter Fatum, nobis intulit. Æqualitatis enim, quam

Socios ſociis devincire, urbes urbibus,

Euripidea anus ait, operam nihil magis requirit atque communio menſæ: eſtque ejus uſus a natura, non inſtituto, neceſſarius, non ab opinione novatus atque introductus. Plura porro de communibus edenti inimicus eſt qui minus accipit, et tanquam celeri fluctu incitatam navem non poteſt adſequi. Non enim ad

οἶμαι, προοίμιον εὐωχίας, ὑφαίρεσις, καὶ ἁρπασμὸς, καὶ χειρῶν ἅμιλλα, καὶ διαγκωνισμὸς, ἀλλ' ἄτοπα καὶ κυνικὰ, καὶ τελευτῶντα πολλάκις εἰς λοιδορίας καὶ ὀργὰς, οὐ κατ' ἀλλήλων μόνον ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν τραπεζοκόμων καὶ κατὰ τῶν ἑστιώντων. Ὅσον δὲ χρόνον ἡ Μοῖρα καὶ ἡ Λάχεσις ἰσότητι τὴν περὶ τὰ δεῖπνα καὶ συμπόσια κοινωνίαν ἐβράβευον, οὐθὲν ἰδεῖν ἄκοσμον ἦν οὐδ' ἀνελεύθερον· ἀλλὰ καὶ τὰ δεῖπνα δαῖτας ἐκάλουν, καὶ τοὺς ἑστιωμένους δαι-
B τυμόνας, δαιτροὺς δὲ τοὺς τραπεζοκόμους, ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν καὶ διανέμειν. Λακεδαιμόνιοι δὲ κρεωδαίτας εἶχον οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς πρώτους ἄνδρας· ὥστε καὶ Λύσανδρον ὑπ' Ἀγησιλάου τοῦ βασιλέως, ἐν Ἀσίᾳ κρεωδαίτην ἀποδειχθῆναι. Τότε οὖν αἱ νεμήσεις ἐξέπεσον, ὅτ' ἐπεισῆλθον αἱ πολυτέλειαι τοῖς δείπνοις· οὐ γὰρ ἦν, οἶμαι, πέμματα καὶ κανδύλους καὶ καρυκείας, ἄλλας τε παντο-

A. 8. ἰσότητι] Sic H. Venet. Palat. Vatic. Mez. Vulgo, ἰσότητα.
B. 4. κρεωδαίτην] Sic Baſ. Xyl. Palat. T. Vulgo, κρεωδαίτων.

amicitiam conducens, aut convivio conveniens exordium eſt, puto, ſurreptio, rapinæ, manuum concertatio, et pulſatio cubitorum: ſed abſurda hæc ſunt, canina, et quæ pleraque in convicia et rixas deſinant, non convivarum modo invicem, ſed etiam adverſus menſarum miniſtros et reges. Quandiu autem Mœra et Lacheſis, (cui a ſorte nomen,) in cœnas et conviviorum communionem æqualitate adminiſtraverunt, nihil videre licuit indecorum, nihil illiberale: ſed et convivia *dætas*, et convivii regem *dætymonem*, et miniſtros menſæ *dætros* a diſtribuendo et dividendo dicebant. Et Lacedæmonii *Kreodætas*, (id eſt, carnium diviſores,) habuerunt non vulgares, ſed primarios viros: quando id munus etiam Lyſandro in Aſia, rex Ageſilaus mandavit. Tum demum diſtributio e conviviis eſt ejecta, cum luxus ea occupavit: nimirum enim non poterant placentæ, candyli, caryceiæ, aliaque condimentorum et opſonio-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Γ.

ΚΕΦΑΛΑΊΑ.

α΄. Εἰ χρηςέον ἀνθινοῖς ςεφάνοις παρὰ πότον.

β΄. Περὶ τῦ κιττῦ, πότερον τῇ φύσει θερμὸς ἢ ψυχρός ἐςιν.

γ΄. Διὰ τί αἱ γυναῖκες ἥκιςα μεθύσκονται, τάχιςα δὲ οἱ γέροντες.

δ΄. Πότερον ψυχρότεραι τῇ κράσει τῶν ἀνδρῶν, ἢ θερμότεραί εἰσιν αἱ γυναῖκες.

ε΄. Εἰ ψυχρότερος τῇ δυνάμει ὁ οἶνος.

ς΄. Περὶ καιροῦ συνυσίας.

ζ΄. Διὰ τί τὸ γλεῦκος ἥκιςα μεθύσκει.

η΄. Διὰ τί τῶν ἀκροθωράκων λεγομένων οἱ σφόδρα μεθύοντες ἧττον παρακινητικοί εἰσιν.

θ΄. Περὶ τῦ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα.

ι΄. Διὰ τί τὰ κρέα σήπεται μᾶλλον ὑπὸ τὴν σελήνην ἢ τὸν ἥλιον.

E

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

PLUTARCHI

CONVIVALIUM DISPUTATIONUM

LIBER TERTIUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

F ΣΙΜΩΝΙΔΗΣ ὁ ποιητὴς, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, ἔν τινι πότῳ ξένον ἰδὼν κατακείμενον σιωπῇ, καὶ μηδενὶ διαλεγόμενον, Ὦ ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς· εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον. Ἀμα-

F. 4. ἠλίθιον] Sic Baſ. Xyl. Palat. Mez. Vulgo, ἠλίθιος.

PROŒMIUM.

SIMONIDES poëta, Soſſi Senecio, quodam in convivio cum videret hoſpitem accumbere tacitum, et cum nemine verba commutantem, *Mi homo*, dixit, *ſiquidem ſtultus es, ſapiens factum edis: ſin ſapiens, ſtultum.* Etenim in-

θαῤῥεῖ καὶ τὸ μυστικώτατον, ὥσπερ ἐπὶ λειμῶνας οἰκείους καὶ νομὰς ὑπὸ φιλολογίας περιερχόμενον. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς τρίτην δεκάδα ταύτην σοι πεποιήμεθα συμποτικῶν ζητημάτων, τὸ περὶ τῶν στεφάνων πρῶτον ἔχουσαν.

dita in elegantes et eruditas collocutiones, tanquam in paſcua et prata ſibi conſueta, producatur. Quibus ex ſermonibus nos quoque hanc tibi tertiam decuriam compotatoriarum quæſtionum confecerimus: e quibus prima eſt de coronis.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Α'.

Εἰ χρηστέον ἀνθινοῖς στεφάνοις παρὰ πότον.

QUÆSTIO I.

An inter pocula utendum ſit ſertis floreis.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΕΡΑΤΩΝ. ΑΜΜΩΝΙΟΣ. ΤΡΥΦΩΝ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

ERATON. AMMONIUS. TRYPHON. PLUTARCHUS. ALII.

D α'. ΕΓΕΝΟΝΤΟ γάρ ποτε καὶ περὶ στεφάνων λόγοι· τὸ δὲ συμπόσιον ἦν Ἀθήνησιν, Ἐράτωνος τοῦ ἁρμονικοῦ ταῖς Μούσαις τεθυκότος, καὶ πλείονας ἑστιῶντος. Παντοδαπῶν γὰρ μετὰ τὸ δειπνῆσαι στεφάνων περιφερομένων, ὁ Ἀμμώνιος ἐπέσκωψέ πως ἡμᾶς, ἀντὶ τοῦ δαφνίνου τοῖς ῥοδίνοις ἀναδησαμένους. Ὅλως γὰρ ἔφη εἶναι τοὺς ἀνθίνους κορασιώδεις, καὶ παιζούσαις μᾶλλον ἐπιτηδείους παρθένοις καὶ γυναιξὶν, ἢ συνουσίαις φιλοσόφων καὶ μουσικῶν

I. ATHENIS olim de coronis quæſtio incidit in convivio, quo Eraton muſicus complures exceperat, cum Muſis rem ſacram feciſſet. Nam ut a cœna omnis generis ſerta fuerunt circumlata, Ammonius ſalſe quodammodo nos notavit, qui pro laurea roſeam geſtaremus coronam: aiebat autem omnino floreas coronas eſſe pueriles, et magis ludentibus virginibus ac mulieribus quam philoſophorum convenire muſicorumque hominum congreſſibus. Mi-

ἀνδρῶν. Θαυμάζω δὲ καὶ Ἐράτωνα τοῦτον, εἰ τὰς μὲν ἐν τοῖς μέλεσι παραχρώσεις βδελυττόμενον καὶ κατηγοροῦντα τοῦ καλοῦ Ἀγάθωνος, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳ- E
δίαν φασὶν ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομίξαι τὸ χρωματικὸν, ὅτε τοὺς Μυσοὺς ἐδίδασκεν· αὐτὸς δὲ ἡμῖν, ὡς ὁρᾶτε, ποικίλων χρωμάτων καὶ ἀνθηρῶν τὸ συμπόσιον ἐμπέπληκε, καὶ τὴν διὰ τῶν ὤτων ἀποκλείει τρυφὴν καὶ ἡδυπάθειαν, τὴν κατὰ τὰ ὄμματα καὶ τὰς ῥῖνας, ὥσπερ καθ' ἑτέρας θύρας, ἐπεισάγων τῇ ψυχῇ, καὶ τὸν στέφανον ἡδονῆς ποιῶν, οὐκ εὐσεβείας. Καί τοι τό γε μύρον τοῦτο τῆς ἀληθινῆς ζώ- F
σης καὶ μαραινομένης ἐν ταῖς χερσὶ τῶν στεφανοπλόκων σπουδαιοτέραν ἀναδίδωσιν εὐωδίαν. Ἀλλ' οὐκ ἔχει χώραν ἐν συμποσίῳ φιλοσόφων ἀνδρῶν ἡδονὴ πρὸς μηδεμίαν συμπεπλεγμένη χρείαν, μηδὲ ἀκολουθοῦσα φυσικῆς ὀρέξεως ἀρχῇ. Καθάπερ οἱ μὲν ὑπὸ τῶν κεκλη-

D. 9. τοῦτον, εἰ—παραχρώσεις] Prius mutandum in τουτονί. Alterum revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. Amiot. Mez. E. Palat. Vatic. pro παρακρούσεις quod Stephanus dedit ex Pol.

E. 5. τὴν κατὰ] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, καὶ ταύτην κατά. Ald. E. Ven. Palat. Vatic, ταῦτα τὴν κατά.

F. 6. ἀρχῇ] Sic T. Anon. Eodem ducit Palat. ἀρχή. Vulgo, ἀρχήν. Mox ſupplendum, Καθάπερ γὰρ οἱ μὲν—ut Mez.

rorque adeo, aiebat, Eratonem hunc, qui colores in cantilenis abominans, pulchrumque incuſans Agathonem, qui, cum Myſos fabulam doceret, primus fertur chromaticum genus Tragœdiæ immiſcuiſſe: ipſe nobis variis, ut videtis, floridiſque coloribus convivium oppleverit: dumque per aures accidentem oblectationem excludit, voluptatem oculis et olfactui obviam quaſi per aliud oſtium introducit in animam, voluptati ſertum deſtinans, non pietati. Atqui hocce unguentum fragrantiam edit durabiliorem quam flores iſti, inter manus mulierculárum corollas plectentium emarceſcentes. Enimvero in convivio philoſophorum locus non eſt ullus voluptati, nulli annexæ utilitati, neque e principio aliquo naturalis appetitionis profectæ. Sed quem-

μένων ἀγόμενοι φίλων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔθει φιλανθρώπῳ τυγχάνουσι τῶν αὐτῶν, ὥσπερ Ἀριστόδημος ὑπὸ Σωκράτους εἰς Ἀγάθωνος ἀχθεὶς ἑστιῶντος· εἰ δέ τις ἀφ' αὑτοῦ
646 βαδίζοι, τούτῳ δεῖ τὴν θύραν κεκλεῖσθαι· οὕτως αἱ μὲν περὶ τὴν ἐδωδὴν καὶ πόσιν ἡδοναὶ κεκλημέναι ὑπὸ τῆς φύσεως ταῖς ὀρέξεσιν ἑπόμεναι τόπον ἔχουσι, ταῖς δ' ἄλλαις ἀκλήτοις, καὶ σὺν οὐδενὶ λόγῳ φιληδονίας ἀπήλλακται.

β'. Πρὸς ταῦτα οἱ μὲν ἀήθεις τοῦ Ἀμμωνίου νεανίσκοι διαταραχθέντες ἡσυχῇ παρελύοντο τοὺς στεφάνους· ἐγὼ δὲ εἰδὼς ὅτι γυμνασίας ἕνεκα καὶ ζητήσεως καταβέβληκεν ἐν μέσῳ τὸν λόγον ὁ Ἀμμώνιος, προσαγορεύσας Τρύφωνα τὸν ἰατρὸν, Ὦ τὰν, ἢ καταθέσθαι δίκαιος εἶ μεθ' ἡμῶν τουτονὶ τὸν καλὸν ἄνθεσι φλέγοντα τοῖς ῥοδί-

F. 9. εἰς Ἀγάθωνος] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, καὶ Ἀγάθωνος.

A. 3. ταῖς δ' ἄλλαις—ἀπήλλακται] Legendum vel, ταῖς δ' ἄλλαις ἀκλήτοις ἥκουσιν οὐδενὶ λόγῳ φιληδονίας, ἀποκέκλεισται, ſcil. τόπος: vel τὰς δ' ἄλλας ἀκλήτους σὺν οὐδενὶ λόγῳ φιληδονίας, ἀπαλλακτέον.

A. 10. ἢ καταθέσθαι] ἢ ſumſi ab Schott. Leonic. Anon. T. V. B. Pro vulgato εἰ.

A. 11. ἄνθεσι] Aſſumſi ex T. V. Mez. In editis omnibus et ſcriptis aliis, ejus loco ſpatium vacuum relictum eſt.

admodum ii qui ad cœnam ducuntur a vocatis amicis, more ſane humano, iiſdem fruuntur rebus: qualis Ariſtodemus a Socrate fuit perductus in Agathonis domum convivium exhibentis: qui vero ultro accedat, ei fores præcludi oportet: ita voluptates quæ cibum potumque ſequuntur, appetitionibus accitæ naturalibus, locum habent: aliæ quæ non invitatæ nulla ratione, tantum luxuria quadam inſtigante obrepunt, arcendæ ſunt.

II. Sub hæc adoleſcentes, qui cum Ammonio non conſueverant, perturbati ſerta paulatim detraxerunt. Ego autem, qui ſcirem exercitationis gratia et diſputationis hæc ab eo in medium propoſita, Tryphonem medicum compellans, Heus, tu, inquam, aut una nobiſcum deponenda eſt tibi pulchre ardens roſarum floribus corona, aut di-

νοις στέφανον, ἢ λέγειν, ὥσπερ εἴωθας ἑκάστοτε πρὸς ἡμᾶς, B
ὅσας ἔχουσιν οἱ ἄνθινοι στέφανοι πρὸς τὸ πίνειν βοηθείας. Ὑπολαβὼν δ' ὁ Ἐράτων, Οὕτω γὰρ, εἶπε, δέδοκται, μηδεμίαν ἡδονὴν ἀσύμβολον δέχεσθαι, ἀλλ' εὐφραινομένους δυσκολαίνειν, ἂν μὴ μετά τινος μισθοῦ τοῦτο πάσχωμεν. Ἢ τὸ μὲν μύρον εἰκότως ὑποδυσωπούμεθα, καὶ τὴν πορφύραν, διὰ τὴν ἐπίθετον πολυτέλειαν, ὡς δολερὰ εἵματα καὶ χρίσματα, κατὰ τὴν βαρβάρου φωνήν· αἱ δὲ αὐτοφυεῖς χρόαι καὶ ὀσμαὶ τὸ ἀφελὲς ἔχουσι καὶ καθαρὸν, καὶ οὐδὲν ὀπώρας διαφέρουσι. Μὴ γὰρ εὔηθες ᾖ, τοὺς μὲν χυμοὺς δρέπεσθαι καὶ ἀπολαύειν τῆς φύσεως διδούσης,
ὀσμὰς δὲ καὶ χρόας ἃς ὧραι φέρουσι διὰ τὴν ἐπανθοῦ- C
σαν ἡδονὴν ταύτην καὶ χάριν, ἀτιμάζειν, ἂν μή τι χρειῶδες ἔξωθεν ἄλλο συνεπιφέρωσιν· ἐν γὰρ αὐτὸ δοκεῖ τοὐναντίον, εἰ μηδὲν ἡ φύσις, ὡς ὑμεῖς φατὲ, μάτην πεποίηκε,

C. 2. ταῦτα—ἀτιμάζειν] Ita Ald. Baſ. Xyl. Palat. Vatic. Alii variant. Vulgo, τούτοις καὶ χάριν, ταῦτα ἀτιμάζειν.

C. 3. συνεπιφέρωσιν· ἐν] Inter has duas voces lacuna eſt in omnibus libris, excepto Steph. ἐν mutandum in ἐμοὶ cum Mez. et Reiſk. ita nil deſiderabitur.

cendum, ut apud nos ſubinde ſolebas, quid ad bibendum adjumenti adferant floreæ coronæ. Excipiens vero meum ſermonem Eraton, Ita ſcilicet, inquit, decretum eſt, nullam admittere voluptatem quæ ſymbolum non det, et oblectationem aſpernari niſi mercedem nobis præbeat? Aut unguentum potius et purpuram averſamur ob luxum iis adhærentem, tanquam doloſas veſtes, doloſos colores, ut barbarus ille dicebat: ſponte autem ſua nati colores et odores ſimplicitate præditi ſunt et puritate, nihilque differunt a frugibus arborum? Nonne enim ſtultum ſit ſapores natura præbente colligere, iiſque frui: odores autem et colores eadem ſuppeditante, ob elegantiam ac voluptatem in iis effloreſcentem ſpernere, quod nullam aliam extrinſecus utilitatem adferant? Mihi plane contra videtur, ſi natura, ut vos dicitis, nil fruſtra fecit, hæc voluptatis cauſſa facta

ταῦτα τῆς ἡδονῆς πεποιῆσθαι χάριν, ἃ, μηδὲν ἄλλο χρή-
σιμον ἔχοντα, μόνον εὐφραίνειν πέφυκε. Σκόπει δὲ ὅτι
τοῖς φυομένοις καὶ βλαστάνουσι τὰ μὲν φύλλα, σωτηρίας
ἕνεκα τοῦ καρποῦ, καὶ ὅπως ὑπ' αὐτῶν τὰ δένδρα θαλ-
πόμενα καὶ ψυχόμενα μετρίως φέρῃ τὰς μεταβολὰς, γέ-
γονε· τοῦ δὲ ἄνθους ὄφελος οὐδὲν ἐπιμένοντος, πλὴν εἴ τι
D χρωμένοις ἡμῖν ἐπιτερπὲς ὄσφεσθαι, καὶ ἰδεῖν ἡδὺ παρέχει,
θαυμαστὰς μὲν ὀσμὰς ἀφιέντα, ποικιλίαν δὲ ἀμιμήτοις
χρώμασι καὶ βαφαῖς ἀνοιγόμενα. Διὸ τῶν μὲν φύλλων
ἀποσπωμένων οἷον ἀλγεῖ καὶ δάκνεται τὰ φυτὰ, καὶ γί-
νεταί περὶ αὐτὰ βλάβη τις ἑλκώδης, καὶ ψίλωσις ἀπρε-
πής. Καὶ οὐ μόνης, ὡς ἔοικε, κατ' Ἐμπεδοκλέα τῆς
δάφνης τῶν φύλλων ἀπὸ πάμπαν ἔχεσθαι χρὴ, ἀλλὰ καὶ
τῶν ἄλλων φείδεσθαι δένδρων ἁπάντων, καὶ μὴ κοσμεῖν ἑαυ-
τοὺς ταῖς ἐκείνων ἀκοσμίαις, βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν τὰ

D. 1. ὄσφεσθαι] ὄσφρεσθαι Xyl. Anon. ὀσφραίνεσθαι Mez. Vulgatum retinui nec temere repudiandum quippe a libris firmatum.

D. 1. παρέχει—ἀνοιγόμενα] Tranſponenda videntur ita—παρέχει ἀνοιγόμενα· θαυμαστὰς μὲν ὀσμὰς, ποικιλίαν δὲ ἀμιμήτοις χρώμασι καὶ βαφαῖς, ἀφιέντα.

eſſe, quæ nullam aliam utilitatem habentia non niſi delectare poſſunt. Jam hoc conſidera, iis quorum ſtirpes terra continentur, ac quæ germinant, folia data eſſe ob conſervationem fructus, utque foveant plantas, eæque ita facilius caloris ac frigoris viciſſitudines perferant: flores dum permanent in planta, nullam utilitatem adferre, niſi quod nobis odoratu aut viſu ſunt jucundi: cum et odores mirabiles edant, et varietatem coloribus tincturiſque inimitabilibus exhibeant. Itaque foliis avulſis veluti dolent et mordentur plantæ, et ulceroſum iis quoddam accidit detrimentum, ac denudatio indecora: et non tantum, ut voluit Empedocles,

Omnino foliis debemus parcere palmæ:

ſed et reliquis omnibus arboribus, neque nos ornare illorum cum dedecore, vi et contra naturam foliis eas ſpolian-

φύλλα συλλῶντας αὐτῶν. Αἱ δὲ τῶν ἀνθῶν ἀφαιρέσεις E
τρυγήσεσιν ἐοίκασι, καὶ βλάπτουσιν οὐδέν· ἀλλὰ κἂν μὴ λάβῃ τις ἐν ὥρᾳ, περιερρύη μαρανθέντα. Καθάπερ οὖν οἱ βάρβαροι τῶν θρεμμάτων τοῖς δέρμασιν ἀντὶ τῶν ἐρίων ἀμφιέννυνται, οὕτω μοι δοκοῦσιν οἱ μᾶλλον ἐκ τῶν φύλλων ἢ τῶν ἀνθῶν ὑφαίνοντες τοὺς στεφάνους οὐ κατὰ λόγον χρῆσθαι τοῖς φυτοῖς. Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα συμβάλλομαι ταῖς στεφανοπώλισιν· οὐ γάρ εἰμι γραμματικός, ὥστε ἀπομνημονεύειν ποιημάτων ἐν οἷς τοὺς παλαιοὺς ἱερονίκας ἀναγινώσκομεν ἀνθινοῖς ἀναδουμένους στεφάνοις· πλὴν ὅτι γε ταῖς Μούσαις ὁ τῶν ῥόδων στέφανος ἐπιπεφήμισται, μεμνῆσθαί μοι δοκῶ Σαπφοῦς λεγούσης, πρός F
τινα τῶν ἀμούσων καὶ ἀμαθῶν γυναικῶν,

Κατθανοῖσα δὲ κείσεαι·
Οὐ γὰρ πεδέχεις ῥόδων τῶν ἐκ Πιερίης.

Εἰ δέ τινα καὶ Τρύφων ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς δίδωσι μαρτυρίαν, ἀκουστέον.

F. 4. πεδέχεις] Ita recte Ald. E. H. Venet. Palat. Vatic. Anon. Vulgo et reliqui μετέχεις. Vide ſupra p. 146. A.

do. At enim florum detractio vindemiæ cuidam eſt ſimilis, tantumque a nocendo abeſt, ut ii ultro marceſcentes decidant niſi tempeſtive demantur. Quemadmodum ergo barbari pellibus pecoris loco lanæ veſtiuntur: ita mihi videntur qui e foliis potius quam floribus coronas texunt, plantis non uti convenienter rationi. Atque hanc ego ſertorum venditricibus ſtipem confero. Non enim ſum grammaticus, ut memoria referre poſſim carmina, quibus oſtenditur priſcos ſacrorum certaminum victores floreis redimitos fuiſſe ſertis. Sane Muſis conſecratam fuiſſe roſeam coronam, memini me legere in Sapphonis verſibus: quibus indoctam quandam mulierem ita alloquitur,

Te ſimul lethum rapiet, jacebis,
Nec ſuo quiſquam celebrabit ore:
Particeps non es quoniam roſarum
Pieriarum.

Audiamus tamen, an etiam a medicina floribus aliquod teſtimonium Tryphon perhibeat.

γʹ. Ἐκ τούτου δεξάμενος ὁ Τρύφων τὸν λόγον, Οὐδενός, ἔφη, τούτων ἀσκέπτους γεγονέναι τοὺς παλαιούς, ἅτε δὴ πλείστῃ κεχρημένους ἀπὸ φυτῶν ἰατρικῇ· τεκμήρια
647 δὲ εἶναί τινα ἔτι νῦν. Τύριοι μὲν Ἀγηνορίδῃ, Μάγνητες δὲ Χείρωνι, τοῖς πρώτοις ἰατρεῦσαι λεγομένοις ἀπαρχὰς κομίζουσι· ῥίζαι γάρ εἰσι καὶ βοτάναι δι' ὧν ἰῶντο τοὺς κάμνοντας. Ὁ δὲ Διόνυσος οὐ μόνον τῷ τὸν οἶνον εὑρεῖν ἰσχυρότατον φάρμακον καὶ ἥδιστον, ἰατρὸς ἐνομίσθη μέτριος, ἀλλὰ καὶ τῷ τὸν κιττὸν ἀντιτατόμενον μάλιστα τῇ δυνάμει πρὸς τὸν οἶνον εἰς τιμὴν προαγαγεῖν, καὶ στεφανοῦσθαι διδάξαι τοὺς Βακχεύοντας, ὡς ἧττον ὑπὸ τοῦ οἴνου ἀνιῷντο, τοῦ κιττοῦ κατασβεννύντος τὴν μέθην τῇ ψυχρότητι. Δηλοῖ δὲ καὶ τῶν ὀνομάτων ἔνια τὴν περὶ
B ταῦτα πολυπραγμοσύνην τῶν παλαιῶν· τήν τε γὰρ καρύαν οὕτως ὠνόμασαν, ὅτι πνεῦμα βαρὺ καὶ καρωτικὸν ἀφιεῖσα, λυπεῖ τοὺς ὑπ' αὐτῆς κατακεκλιμένους· καὶ

A. 1. Ἀγηνορίδῃ] Forte Ἀγήνορι. Xyl. Junius reddidit, *Cadmo Agenoridæ*.

III. Proinde Tryphon in partes dicendi ſuccedens, Priſci, inquit, horum nihil inobſervatum reliquerunt, ut qui plurimis plantarum uſi eſſent remediis: et exſtant etiamnum argumenta rei. Tyrii enim Agenori, Chironi Magnetes primitias offerunt, quod ii primi medicinam feciſſe exiſtimantur. Radices enim plantarum erant, quibus ægrotos ſanaverunt. Bacchus porro non eo tantum nomine medicus eſt habitus, quod vinum invenit, medicamentum validiſſimum et ſuaviſſimum: ſed quod hederam quoque facultate ſua vino maxime reſiſtentem in honore habendam docuit, eaque bacchantes coronavit, ut minus a vino læderentur, hedera ſuo frigore ebrietatem reſtinguente. Sed et nomina quædam manifeſtant veterum hac in re ſummam diligentiam. Nam et nucem *caryam* dixerunt, quod ſpiritum gravem ac ſoporem incutientem profundum exhalans, lædat qui ſub ea recumbunt: et narciſſum, quia tor-

τὸν νάρκισσον, ὡς ἀμβλύνοντα τὰ νεῦρα καὶ βαρύτητας ἐμποιοῦντα ναρκώδεις, διὸ καὶ ὁ Σοφοκλῆς αὐτὸν ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν στεφάνωμα, τουτέστι τῶν χθονίων, προσηγόρευκε. Φασὶ δὲ καὶ τὸ πήγανον ἀπὸ τῆς δυνάμεως ὠνομάσθαι· πήγνυσι γὰρ ξηρότητι διὰ θερμότητα τὸ σπέρμα, καὶ ὅλως πολέμιον ἐστι ταῖς κυούσαις. Οἱ δὲ καὶ τὴν ἀμέθυστον οἰόμενοι διὰ τὸ πρὸς τὰς οἰνώσεις βοηθεῖν, αὐτήν τε καὶ τὸν ἐπώνυμον αὐτῆς λίθον οὕτω κεκλῆσθαι, διαμαρτάνουσι· C
κέκληται γὰρ ἀπὸ τῆς χρόας ἑκάτερα, καὶ ἔστιν αὐτῆς τὸ φύλλον ἄκρατον, ἀλλ' ἀοίνῳ καὶ ὑδαρεῖ τὴν κρᾶσιν οἴνῳ προσέοικεν. Ἄλλα μέντοι πάμπολλα λαβεῖν ἐστιν, οἷς παρέσχον τὰς κλήσεις αἱ δυνάμεις· ἀρκεῖ δὲ κἀκεῖνα τὴν τῶν παλαιῶν ἐπιμέλειαν ἐπιδηλῶσαι καὶ πολυπειρίαν, ἀφ' ἧς ἐχρήσαντο τοῖς παρ' οἶνον στεφάνοις. Μάλιστα μὲν

C. 3. ἄκρατον, ἀλλ' ἀοίνῳ] Sic Baſ. Xyl. Steph. Nec inelegans dictio ἄοινος οἶνος: ſed nexus, tum requirit. —φύλλον οὐκ ἀκράτῳ, ἀλλ' ἀοίνῳ καὶ ὑδαρεῖ τὴν κρᾶσιν οἴνῳ προσεοικός. Palat. Vatic. pro ἀλλ' ἀοίνῳ habent ἀλλανίνῳ. F. H. Venet. ἀλλ' ἀνίνῳ. Ald. ἀλλανίνῳ ſequente aſteriſco. Xyl. conjicit ἀλλ' ἰοίνῳ, *ſed violaceo.* Junius ἀλλ' ἴνῳ, eodem ſenſu. Venit mihi etiam in mentem non improbabilis lectio, ἀκράτῳ ἀνόμοιον —.

C. 4. Ἄλλα μέντοι] Plenius requiritur, Καὶ ἄλλα μέντοι: proxime antecedens vox particulam καὶ ſurripuit. Mox in σώματα πρὸς τας, addidi τὰς ex Palat. et Mez.

porem, (qui *narce* Græcis eſt) nervis incutiat, gravedinemque torpidam: unde et Sophocles eum *veterem magnorum deorum coronam* appellat, nimirum Manium. Rutam quoque *peganon* ea de cauſſa dictum autumant, quod ob ſiccitatem calore mixtam ſemen genitale conſtringat et coagulet, ideoque prægnantibus plane ſit inimica. Qui vero amethyſtum cum herbam, tum cognominem ejus gemmam, nomen a prohibenda ebrietate habere putant, ii errant: utrumque enim a calore dictum eſt: neque enim folium herbæ liquido eſt colore ſed violæ et vino temperie diluto ſimile. Multa alia commemorari poſſent vocabula ſtirpium, a facultatibus earum deducta: ſed et hæc ipſa ſufficiunt ad induſtriam veterum demonſtrandam, ac peritiam: quam etiam adverſus ebrietatem adhibuerunt. Maxime

γὰρ ὁ ἄκρατος, ὅταν τῆς κεφαλῆς καθάψηται, καὶ τονώσῃ τὰ σώματα πρὸς τὰς τῶν αἰσθήσεων ἀρχὰς, ἐπιταράσσει τὸν ἄνθρωπον· αἱ δὲ τῶν ἀνθῶν ἀπόῤῥοιαι πρὸς
D τοῦτο θαυμασίως βοηθοῦσι, καὶ ἀποτειχίζουσι τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τῆς μέθης ὡς ἀκρόπολιν, τῶν μὲν θερμῶν μαλακῶς ἀναχαλώντων τοὺς πόρους καὶ ἀναπνοὴν τῷ οἴνῳ διδόντων, ὅσα δὲ ἡσυχῇ, ψυχρὰ, τῷ μετρίως ἐπιψαύειν ἀνακρουομένων τὰς ἀναθυμιάσεις, ὥσπερ ὁ τῶν ἴων καὶ ῥόδων στέφανος· στύφει γὰρ ἀμφότερα, καὶ στέλλει τῇ ὀσμῇ τὰς καρηβαρίας. Τὸ δὲ τῆς κύπρου ἄνθος, καὶ ὁ κρόκος, καὶ ἡ βάκχαρις, εἰς ὕπνον ἄλυπον ὑπάγει τοὺς πεπωκότας· ἔχει γὰρ ἀπόῤῥοην λείαν καὶ προσηνῆ, καὶ τὰς περὶ τὸ σῶμα τῶν μεθυσκομένων ἀνωμαλίας καὶ τραχύ-
E τητας ἡσυχῇ διαχέουσαν, ὥστε γινομένης γαλήνης ἀμβλύνεσθαι καὶ συνεκπέττεσθαι τὸ κραιπαλῶδες. Ἐνίων δ᾽ ἀνθῶν ὀσμαῖς ἄνω σκιδναμέναις περὶ τὸν ἐγκέφαλον, οἵ

D. 1. τὴν κεφαλὴν] Sic V. Mez. Vulgo, τῆς κεφαλῆς.
D. 4. ὅσα δὲ ἡσυχῇ, ψυχρὰ—ἐπιψαύειν] Transponendum ὅσα δὲ ψυχρὰ, τῷ ἡσυχῇ καὶ μετρίως ἐπιψαύειν.

merum quando caput ferit, et intendit corpora, perturbat, ſenſuum principio perculſo. At florum exhalationes mirabiliter contra hoc mali præſidio ſunt, caputque veluti arcem muniunt ad ebrietatem pellendam. Nam et calidi flores molliter aperiendis meatibus faciunt ut perſpirare vinum poſſit: et quæ leviter frigida ſunt mediocri contactu vapores repellunt, ut violacea et roſacea corona: utrumque enim horum adſtringit, reprimitque odore ſuo ea quibus caput gravatur. Cypri porro flos, et crocus, et baccaris, eos qui adbiberunt ad ſomnum moleſtiæ vacuum adducunt: exhalant enim mite quidpiam et gratum, quo inæqualitates quæ inebriatorum corpori accidunt aſperitateſque diffunduntur, ita ut tranquillitate oborta retundatur et digeratur id quod crapulam erat facturum. Quorundam etiam florum odoribus ſurſum diſſipatis ad cerebrum, fit ut et mea-

τε πόροι τῶν αἰσθητηρίων ἐκκαθαίρονται, καὶ λεπτύνεται τὰ ὑγρὰ πράως ἄνευ πληγῆς καὶ σάλου τῇ θερμότητι διακρινόμενα, καὶ φύσει ψυχρὸς ὢν ὁ ἐγκέφαλος ἀναθάλπεται. Διὸ μάλιστα τοὺς ἀνθινοὺς ἐκ τῶν τραχήλων καθάπτοντες ὑποθυμίδας ἐκάλουν, καὶ τοῖς ἀπὸ τούτων μύροις ἔχριον τὰ στήθη· μαρτυρεῖ δὲ Ἀλκαῖος κελεύων καταχέαι τὸ μύρον αὐτοῦ κατὰ τὰς πολλὰ παθοίσας κε- F
φαλᾶς, καὶ τὸ πολιῶ στήθεος· οὕτω καὶ ἐντεῦθεν αἱ ὀσμαὶ πλεύουσιν ὑπὸ θερμότητος εἰς τὸν ἐγκέφαλον, ἁρπαζόμεναι ταῖς ὀσφρήσεσι. Οὐ γὰρ ὅτι τῇ καρδίᾳ τὸν θυμὸν ἐνστρατοπεδεύειν ᾤοντο, τοὺς περιδεραίους τῶν στεφάνων ὑποθυμίδας ἐκάλουν· ἐπιθυμίδας γὰρ αὐτοὺς διά γε τοῦτο μᾶλλον ἦν καλεῖσθαι προσῆκον· ἀλλ᾽, ὡς λέγω, διὰ τὴν ἀποφορὰν καὶ ἀποθυμίασιν. Μὴ θαυμάζωμεν δὲ εἰ τοσαύτην αἱ τῶν στεφάνων ἀποφοραὶ δύναμιν ἔχουσιν. Ἱστοροῦσι γὰρ ὅτι καὶ σκιὰ σμίλακος ἀποκτίννυσιν ἀνθρώπους

E. 4. λεπτύνεται] Sic Palat. Vatic. Vulgo, λεπλύνεται.

tus qui ſunt inſtrumento ſentiendi expurgentur, et humores incidantur, ſenſim abſque vehementi ictu aut agitatione diſcuſſi, ſimulque cerebrum natura frigidum refocilletur. Itaque ſerta, e floribus texta præcipue, a cervice ſuſpendentes, *hypothymidas* appellabant, unguentiſque quibus ea erant delibuta, pectus inungebant. Teſtatur etiam Alcæus, jubens *unguentum ſibi affundi ſuper multa paſſum caput et canum pectus.* Sic etiam inde

e antece- ddidi τὰς

odores a calore ejacu[illegible] cerebrum, rapientibus eo ribus. Non enim ideo *hypothymides* vocaverunt collo appenſas coronas, quod animum caſtra ſua in corde habere putarent: (eſt enim thymos animus) ſed propter exhalantem potius fragrantiam, quam ipſi *apothymiaſin* nominant. Mirum vero nemini debet videri, ſi exhalationes ſertorum vim tantam habeant: cum memoriæ proditum ſit umbram ſmilacis interficere homines in ea dor-

ἐγκαταδαρθόντας ὅταν ὀργᾷ μάλιστα πρὸς τὴν ἄνθησιν·
648 καὶ τὸ τῆς μήκωνος ἀπορρέον πνεῦμα μὴ φυλαξαμένοις
τοῖς τὸν ὀπὸν τρυγῶσι, συνέβη καταπεσεῖν. Τὴν δὲ ἄ-
λυσσον καλουμένην βοτάνην καὶ λαβόντες εἰς τὴν χεῖρα
μόνον, οἱ δὲ καὶ προσβλέψαντες, ἀπαλλάττονται λυγ-
μοῦ· λέγεται δὲ καὶ ποιμνίοις ἀγαθὴ καὶ αἰπολίοις, πα-
ραφυτευομένη ταῖς μάνδραις. Τὸ δὲ ῥόδον ὠνόμασται δή-
πουθεν ὅτι ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφίησι· διὸ καὶ τάχιστα
μαραίνεται· ψυκτικὸν δὲ ἐστὶ δυνάμει, τῇ δὲ ὄψει πυρω-
πὸν, οὐκ ἀλόγως· λεπτὸν γὰρ αὐτοῦ περιανθεῖ τὸ θερμὸν
ἐπιπολῆς ἐξωθούμενον ὑπὸ τῆς ψυχρότητος.

A. 4. μόνον] Ponendum poſt προσβλέψαντες. In fine hujus capitis ψυχρότητος ſumſi a Xyl. Amiot. Anon. Jun. pro vulgato θερμότητος.
A. 8. πυρωπὸν] Ita omnes libri. Vulgo, πυρωτόν.

mientes, quo tempore planta maxime turget et florem parturit ſuum, et ſpiritum a papavere defluentem non caute obſervatum ab iis qui ſuccum colligunt, ſubvertere homines. Herba autem alyſſus ſi duntaxat in manum ſumatur, immo nonnullos ſi modo intueantur eam, ſingultu liberat: eadem pecori et caprarum gregibus conducere dicitur, ſi juxta caulas plantetur. Roſa autem, *rhodon* Græcis, haud dubie dicitur, quia multum odoris exhalet; quo fit, ut etiam celerrime marceſcat: naturalem autem habet vim refrigerandi, adſpectu igneum aliquid oſtentans, idque non abſque ratione: nam in ſuperficie ejus tenuis efflореſcit calor, eo a frigore expulſus.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Β'. B

Περὶ τοῦ κιττοῦ, πότερον τῇ φύσει θερμὸς ἢ ψυχρός ἐστιν.

QUÆSTIO II.

De natura hederæ calidane ſit an frigida.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΑΜΜΩΝΙΟΣ. ΤΡΥΦΩΝ. ΕΡΑΤΩΝ.

PERSONÆ COLLOQUII.

AMMONIUS. TRYPHON. ERATON.

α'. ΕΠΑΙΝΕΣΑΝΤΩΝ δὲ ἡμῶν τὸν Τρύφωνα, μειδιῶν ὁ Ἀμμώνιος, Οὐκ ἄξιον, ἔφη, ποικίλον οὕτω καὶ ἀνθηρὸν λόγον ὥσπερ στέφανον ἀντιλέγοντα διαλακτίζειν. Πλὴν ὅ, τι κιττὸς οὐκ οἶδ' ὅπως συγκαταπέπλεκται ψυχρότητι, συγκατασβεννύναι λεγόμενος τὸ ἄκρατον· ἔστι γὰρ ἔμπυρος καὶ θερμότερος. Καὶ ὅγε καρπὸς αὐτοῦ μιγνύμενος εἰς τὸν οἶνον, μεθυστικὸν ποιεῖ καὶ ταρακτικὸν τῷ πυ-

B. 11. διαλακτίζειν] T. V. Anon. διαλακίζειν.

I. HIC cum nos Tryphonem laudaviſſemus, renidens Ammonius, Indignum vero fuerit, inquit, tam variam et floridam orationem contradicendo tanquam corollam diſcerpere. Unum id me offendit, quod in eam intexta fuit hedera, et frigore ſuo dicta merum reſtinguere. Etenim calida eſt hedera, ejuſque fructus vino admixtus inflammando vim ejus inebriandi et conturbandi auget. Et pal-

C ῥῦσθαι. Τὸ δὲ κλῆμα λέγουσιν αὐτὸ ἀσώμενον, ὥσπερ τὰ πυρὶ ξύλα συνδιαστρέφεσθαι. Χιὼν δὲ πολλάκις ἡμέρας συχνὰς ἐπιμένουσα τοῖς ἄλλοις φυτοῖς, φεύγει τάχιστα τὸν κιττόν· μᾶλλον δὲ ὅλως εὐθὺς ἀπόλλυται, καὶ περιτήκεται περὶ αὐτὸν ὑπὸ θερμότητος. Ὃ δὲ μέγιστόν ἐστιν, ὑπὸ Θεοφράστου δ' ἱστόρηται, Ἀλεξάνδρου κελεύσαντος Ἑλληνικὰ δένδρα τοῖς ἐν Βαβυλῶνι παραδείσοις ἐμβαλεῖν Ἅρπαλον, μάλιστα δὲ, τῶν τόπων ἐμπύρων ὄντων καὶ περιφλεγόντων, τὰ ἀλσώδη καὶ εὐπέταλα καὶ σκιερὰ καταμίξαι τοῖς φυτοῖς, μόνον οὐκ ἐδέξατο τὸν
D κιττὸν ἡ χώρα, καί τοι πολλὰ τοῦ Ἁρπάλου πραγματευομένου καὶ προσφιλονεικοῦντος· ἀλλ' ἀπώλλυτο καὶ κατεξηραίνετο, τῷ πυρώδης μὲν αὐτὸς εἶναι, πρὸς πυρώδη δὲ μίγνυσθαι γῆν, οὐ λαμβάνων κρᾶσιν, ἀλλ' ἐξιστάμενος. Αἱ γὰρ ὑπερβολαὶ φθείρουσι τὰς δυνάμεις· διὸ τῶν ἐναντίων μᾶλλον ὀρέγονται, καὶ φιλόθερμόν ἐστι τὸ ψυχρὸν, καὶ φιλόψυχρον τὸ θερμόν· ὅθεν οἱ ὀρεινοὶ καὶ

C. 1. αὐτὸ—ξύλα] Legendum, αὐτῷ σπώμενον, ὥσπερ τῷ πυρὶ τὰ ξύλα—.

mitem hederæ avulſum ferunt inſtar lignorum igni curvatorum intorqueri. Nix etiam, quæ aliis plantis ſæpe per complures dies incumbit, hederam celerrime fugit, immo autem ſtatim perit liqueſcens ejus caliditate. Maximum argumentum eſt, quod Theophraſtus narrat, juſſum ab Alexandro Harpalum hortis, qui erant Babylone, Græcas inſerere plantas ſolo iis in locis admodum fervido, alſioſas et foliis luxuriantes umbramque amantes herbas plantis reliquis permiſcuiſſe: ſolam hederam non fuiſſe a ſolo receptam, quanquam magno conatu, magnaque contentione plantare eam Harpalus eniteretur: ſed exſiccatam periiſſe; quippe calida ipſa temperari cum tellure calida non potuit, ſed periit. Nam exſuperantia facultates perdunt. Quæ cauſſa eſt, ut contraria appetant, et calorem ament frigida, frigus

πνευματώδεις καὶ νιφόμενοι τόποι τὰ δᾳδώδη καὶ πιτυό-
τροφα τῶν φυτῶν μάλιστα πεύκας καὶ στροβίλους ἐκφέ-
ρουσιν. Ἄνευ δὲ τούτων, ὦ φίλε Τρύφων, τὰ δύσριγα καὶ
ψυχρὰ φυλλορροεῖ, μικρότητι τοῦ θερμοῦ καὶ ἀσθενείᾳ συ- E
στελλομένου, καὶ περιλείποντος τὸ φυτόν· ἐλαίαν δὲ καὶ
δάφνην καὶ κυπάριττον ἀειθαλῆ διαφυλάσσει τὸ λιπα-
ρὸν καὶ τὸ θερμόν, ὥσπερ ὁ κιττός. Ὅθεν ὁ φίλτατος Διό-
νυσος, οὐχ ὡς βοηθὸν ἐπὶ τὴν μέθην, οὐδ' ὡς πολέμιον
τῷ οἴνῳ, τὸν κιττὸν ἐπήγαγεν· ὅς γε τὸν ἄκρατον, ἄν-
τικρυς μέθυ, καὶ μεθυμναῖον αὐτὸς αὑτὸν ὠνόμασεν. Ἀλλά
μοι δοκεῖ, καθάπερ οἱ φίλοινοι, μὴ παρόντος ἀμπελίνου,
κριθίνῳ χρῶνται πόματι, καὶ μηλίτας τινάς, οἱ δὲ φοινικίνους
οἴνους ποιοῦσιν· οὕτω καὶ ὁ ποθῶν χειμῶνος ὥρᾳ τὸν ἀπὸ τῆς
ἀμπέλου στέφανον, ὡς ἐκείνην ἑώρα γυμνὴν καὶ ἄφυλλον, F
ἀγαπῆσαι τὴν ὁμοιότητα τοῦ κιττοῦ. Καὶ γὰρ τοῦ κλή-
ματος τὸ ἑλικῶδες τοῦτο καὶ σφαλλόμενον ἐν τῇ πορείᾳ,

E. 10. χειμῶνος ὥρᾳ] Sic Baſ. Xyl. Amiot. Ceteri omnes et vulgo, μιμούμενος ὥρας.

calida: atque montoſa, ventiſque et nivibus expoſita loca facibus aptas et picem ferentes maxime producunt arbores, ut laricem et pinum coniferam. Præter hæc, mi Tryphon, algidæ et frigidæ ſtirpes facile folia amittunt ob paucitatem caloris imbecillitate conſtricti, et plantam deſerentis: oleam, laurum, ac cupreſſum ſemper virentem conſervat pinguedo et calor, ſicut et hederam. Proinde cariſſimus Bacchus hanc non ut auxilium adverſus ebrietatem adhibuit, aut vino adverſam, qui merum ab inebriando aperte *methy*, et ſeſe Methymnæum appellavit. Sed mihi videtur, quemadmodum vinoſi vero deſtituti vino hordeaceo utuntur potu, et e malis aut palmulis quædam ſibi vina conficiunt: ita qui hyeme deſideraret viteam coronam, ubi nudam et foliis vacuam vidit vitem, ob ſimilitudinem hederaceam amplexus. Nam et palmitis ambages iſtæ, lubricique in progrediendo ambitus atque lapſus, et foliorum

καὶ τοῦ πετάλου τὸ ὑγρὸν, καὶ περικεχυμένον ἀτάκτως, μάλιστα δὲ αὐτὸς ὁ κόρυμβος ὄμφακι πυκνῷ καὶ περκάζοντι προσεοικὼς, ἐκμεμίμηται τὴν τῆς ἀμπέλου διάθεσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ κἂν βοηθῇ τι πρὸς μέθην ὁ κιττὸς, θερμότητι τοῦτο ποιεῖν φήσομεν αὐτὸν, ἀνοίγοντα τοὺς πόρους, ἢ συνεκπέττοντα μᾶλλον τὸν ἄκρατον· ἵνα καὶ μένῃ σὴν χάριν, ὦ Τρύφων, ἰατρὸς ὁ Διόνυσος.

β'. Πρὸς ταῦτα, ὁ μὲν Τρύφων ἄφωνος ἦν, ὅπως ἀντείποι
649 σκεπτόμενος· ὁ δὲ Ἐράτων ἕκαστον ἡμῶν τῶν νέων ἀνακαλούμενος, ἐκέλευε βοηθεῖν τῷ Τρύφωνι τῶν στεφάνων, ἢ τοὺς στεφάνους ἀποτίθεσθαι· καὶ Ἀμμώνιος ἔφη παρέχειν ἄδειαν, οὐ γὰρ ἀντερεῖν οἷς ἂν ἡμεῖς εἴπωμεν. Οὕτω δὴ καὶ τοῦ Τρύφωνος ἐπικελεύοντος εἰπεῖν τι, Αἱ μὲν ἀποδείξεις, ψυχρὸν εἶναι τὸν κιττὸν, οὐκ ἐμὸν ἦν ἔργον, ἀλλὰ Τρύφωνος· οὗτος γὰρ αὐτῷ ψύχοντι καὶ στύφοντι πολλὰ χρῆ-

A. 2. τῶν στεφάνων] Delet Anonym. Contra Mez. Reiſk. præmittunt ὑπέρ. Vulgatam non plane repudiem.

A. 6. ἦν] Malim mutare in ἔφην, quamquam mox repetitur.

flexilis atque inordinata circumfuſio, et maxime corymbus ipſe uvæ immaturæ denſæ, jamque colorem ducenti ſimilis, vitis formam imitantur. Quinetiam ſi quid contra ebrietatem facit hedera, calore id eam ſuo facere dicemus, aperientem meatus, aut potius concoctionem meri adjuvante: ut tuam in gratiam Bacchus, O Tryphon, medicus maneat.

II. Ad hæc vocem cohibente Tryphone, et quid reſponderet meditante, Eraton juniores nos ſingulatim compellans hortabatur, ut aut Tryphonem pro coronis propugnantem adjuvaremus, aut coronas deponeremus. Et Ammonius ſecuritatem oſtendebat, pollicens nihil ſe dicturum adverſus ea quæ propoſuiſſemus. Itaque, cum Tryphon etiam hortaretur ad dicendum, Demonſtrare, inquam ego, hederam eſſe frigidam non eſt meæ operæ, ſed Tryphonis: is enim ea ut frigus inducente ac ſtipante frequenter utitur. Cæterum ex

ται· τῶν δ' εἰρημένων, ἔφην, τὸ μὲν μεθύσκειν κιττὸν οἴνῳ μιγνύμενον, οὐκ ἀληθές ἐστι· ὃ γὰρ ἐμποιεῖ τοῖς πιοῦσι πάθος, οὐ μέθην ἄν τις εἴποι, ταραχὴν δὲ καὶ παρα- B
φροσύνην, οἷον ὑοσκύαμος ἐμποιεῖ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα, κινοῦντα μανικῶς τὴν διάνοιαν. Ὁ δὲ τοῦ κλήματος σπασμὸς, ἄλογός ἐστι· ταῦτα γὰρ παρὰ φύσιν ἔργα τῶν κατὰ φύσιν δυνάμεων οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ καὶ τὰ ξύλα διαστρέφεται, τοῦ πυρὸς τὸ ὑγρὸν ἕλκοντος ἐξ αὐτῶν βίᾳ, κυρτότητας ἴσχοντα καὶ παραβάσεις· τὸ δὲ συγγενὲς θερμὸν αὔξειν καὶ τρέφειν πέφυκε. Σκόπει δὲ μὴ μᾶλλον ἀῤῥωστία τις καὶ ψυχρότης σώματος τὸ πολυκαμπὲς καὶ χαμαιπετὲς πέφυκεν, ἀντερείσεις πυκνὰς καὶ ἀντικοπὰς λαμβάνοντος, ὥσπερ ὁδοιπόρου δι' ἀσθένειαν πολλάκις ἀποκαθίζοντος, εἶτα πάλιν ἐρχομένου· διὸ καὶ περιπλοκῆς C
δεῖται καὶ στηρίγματος, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνέχειν καὶ ποδηγεῖν

A. 9. ὃ γὰρ ἐμποιεῖ] Sic Baſ. Xyl. Vulgo, τὸ γὰρ ἐμποιεῖν· unde quis etiam corrigat τὸ γὰρ ἐμποιηθέν.

B. 2. ὑοσκύαμος] Sic Palat. Anon. V. Amiot. Mez. Vulgo, κύαμος.

B. 6. ἐξ αὐτῶν] Sic T. V. Amiot. Anon. Mez. Vulgo, ἐξ αὐτοῦ.

his quæ dicta ſunt, inebriare hederam vino admixtam verum non eſt. Quam enim bibentibus adfectionem infert, non ebrietatem recte dixeris, ſed perturbationem abalienationemque mentis: qualem altercum etiam, et multa alia inducunt, inſania animum exagitantia. Avulſio autem palmitis illa, ratione vacat: hæc enim quæ contra naturam fiunt, non ſunt naturalibus imputanda facultatibus: ſed et ligna curvantur, igne humorem educente vi ex ipſis ita contorta. Cognatus autem calor id natura habet ut augeat atque alat. Atque hoc vide, an non frigiditas aliqua corporis multiplices illos flexus et humilitatem hederæ humi ſerpentis efficiat retuſa crebro ac repreſſa: ſicut cum viator ob imbecillitatem crebrius conſidet, deinde rurſum viam init. Itaque etiam amplexu opus habet hedera et fulcro, ipſa ſeipſam ſuſtentare et producere non valens ob

ἀδυνατεῖ δι' ἔνδειαν θερμότητος, ἧς τὸ ἀνωφερὲς δύναμίς ἐστιν. Ἡ δὲ χιὼν ἀπορρεῖ καὶ περιτήκεται δι' ὑγρότητα τοῦ φύλλου· τὸ γὰρ ὕδωρ σβέννυσιν αὐτῆς, καὶ κόπτει τὴν χαυνότητα, ἅτε μικρῶν οὖσαν καὶ πυκνῶν ἄθροισμα πομφολύγων· ὅθεν οὐχ ἧττον ἐν τοῖς περιψύκτοις σφόδρα καὶ νοτεροῖς τόποις ἢ τοῖς προσηλίοις αἱ χιόνες ῥέουσι. Τὸ δ' ἀειθαλὲς τοῦτο, καὶ, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς, ἐμπεδόφυλλον, οὐκ ἔστι θερμότητος· οὐδὲ γὰρ ψυχρότητος τὸ φυλλορροεῖν. Ἡ οὖν μυρρίνη, καὶ τὸ ἀδίαντον,
D οὐκ ὄντα τῶν θερμῶν ἀλλὰ τῶν ψυχρῶν, ἀεὶ τέθηλεν. Ἔνιοι μὲν οὖν ὁμαλότητι κράσεως οἴονται παραμένειν τὸ φύλλον. Ἐμπεδοκλῆς δὲ πρὸς τούτῳ καὶ πόρων τινὰ συμμετρίαν αἰτιᾶται, τεταγμένως καὶ ὁμαλῶς τὴν τροφὴν διιέντων, ὥστε ἀρκούντως ἐπιρρεῖν. Τοῖς δὲ φυλλορροοῦσιν οὐκ ἔστι, διὰ μανότητα τῶν ἄνω καὶ στενότητα τῶν κάτω

C. 3. ἀνωφερὲς] Sic Xyl. T. V. Mez. Amiot. Vulgo, ἀνωφελές.
C. 6. οὖσαν] Aſſumſi ex T. V. Anon. Mez. Vulgo, εἶναι.

inopiam caloris, cujus eſt ſurſum efferre. Nix porro quod liqueſcit et defluit ab hedera, id ob humiditatem folii fit: aqua enim nivem delet, et laxitatem ipſius incidit, utpote congeriem exiguarum ac crebrarum bullarum. Itaque in valde frigidis, ſed humectis locis, nix non minus quam in apricis fluit. Jam ille perpetuus viror, et, ut vocat Empedocles,

——*folii conſtantia firma*,

non eſt a calore: ut neque foliorum delapſus a frigore: nam myrtus, et adiantum, non calida hæc, ſed frigida, ſemper virent. Sunt qui æquabilitatem temperamenti pro cauſſa adſignant. Empedocles præterea proportionem quandam congruam meatuum ponit, qui ordine et æquabiliter alimentum tranſmittant, ita ut ſufficienter id affluat. At quorum folia defluunt, iis non ſuppeditat alimentum, ob raritatem ſuperiorum, et inferiorum anguſtias meatuum: cum

πόρων, ὅταν οἱ μὲν μὴ ἐπιπέμπωσιν, οἱ δὲ οὐ φυλάττωσιν, ἀλλ' ὀλίγον ἄθρουν λαβόντες ἐκχέωσιν, ὥσπερ ἐν ἀνδήροις ποτὶν οὐχ ὁμαλοῖς· τὰ δὲ ὑδρευόμενα ἀεὶ τὴν τροφὴν διαρκῆ καὶ σύμμετρον ἀντέχει, καὶ διαμένει ἀγήρω καὶ χλοερά. Ἀλλ' ἐν Βαβυλῶνι φυτευόμενος, ἐξίστατο, E
καὶ ἀπηγόρευεν; εὖ γε ποιῶν ὁ γενναῖος οὗτος, ὅτι Βοιωτίου θεοῦ πελάτης καὶ παράσιτος ὤν, οὐκ ἐβούλετο μετοικεῖν ἐν βαρβάροις, οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἐζήλωσεν ἐξοικειούμενον ἐκείνοις τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλ' ἔφευγε, καὶ διεμάχετο πρὸς τὴν ἀποξένωσιν. Αἰτία δὲ οὐχ ἡ θερμότης ἦν, ἀλλὰ μᾶλλον ἡ ψυχρότης, οὐχ ὑποφέρουσα τὴν ἐναντίαν κρᾶσιν. Οὐ γὰρ φθείρει τὸ οἰκεῖον, ἀλλὰ προσίεται καὶ φέρει, καθάπερ τὸ θύμον ἡ ξηρὰ γῆ, καίτοι θερ- F

D. 7. οἱ δὲ οὐ] Addidi οὐ ex Leonic. μὴ ejus loco exhibent V. Anon. Mez. Neganter item vertit Amiot.

D. 8. ἄθρουν] T. ὑγρόν· quod ad ſententiam præferam vulgatæ. Niſi tranſponendo corrigendum ſit, ἀλλ' ὀλίγην (ſcil. τροφὴν) λαβόντες, ἄθρουν ἐκχέωσιν.

D. 10. διαρκῆ —ἀντέχει] Prius ſumſi ex Palat. Vatic. Mez. pro vulgato διαρκεῖ. Alterum in ἀπέχει mutandum. Anon. aliter ſuccurrit, ita ἀεὶ διὰ τὴν τροφὴν διαρκῆ καὶ συμμέτρον ἀντέχει—.

E. 2. εὖ γε] Sic Baſ. Xyl. T. Vulgo, εὖ δέ.

neque hi ſubmittant, neque illi conſervent alimentum, ſed quod exiguum acceperunt, confertim profundant: ut quæ hauſtris rigantur inæqualiter perforatis. Quibus autem aqua ſufficit, ea ſemper alimentum quod ſatis ſit et proportione conveniat, retinent, perpetuoque virent, conſeneſcunt nunquam. At Babylone ſata hedera provenire et durare noluit? Laudo equidem generoſam plantam, quæ Bœotii dei cliens menſæque aſſecla noluerit ad barbaros migrare, neque imitari voluit Alexandrum iſtis gentibus ſimilem factum, ſed ſubterfugit inquilini repulitque conditionem. Cauſſa vero non fuit calor, ſed frigus contrariæ temperiei impatiens. Quod enim accommodatum eſt alicujus naturæ, ab eo id non perditur, ſed fovetur atque alitur: ſicut thy-

μὸν ὄν. Τὴν δὲ Βαβυλωνίαν οὕτω φασὶν ἀέρα πνιγώδη καὶ βαρὺν περιέχειν, ὥστε πολλοὺς τῶν ἐμπόρων, ὅταν ἐμπλήσωσιν ἀσκοὺς ὕδατος, ἐπὶ τούτων καθεύδειν ἀναψυχομένους.

F. 3. ἐμπόρων] Sic Steph. a quo diſſentiunt Ald. Baſ. Xyl. E. H. Palat. Vatic. qui conſentiunt in εὐπόρων. Collat. Muret. ἐκπόρων. Vulgatam Steph. habuit ex Schott. et Leonic. Ex Veneto nullus a vulgata diſſenſus annotatur.

mum fert terra ſicca, quanquam calidum. At Babylone ita æſtuoſum et præfocando moleſtum aërem eſſe aiunt, ut multi mercatorum utribus aqua impletis, frigoris corpori conciliandi cauſſa, indormiant.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Γʹ. 650

Διὰ τί γυναῖκες ἥκιστα μεθύσκονται, τάχιστα δὲ οἱ γέροντες.

QUÆSTIO III.

Cur mulieres minime, facillime ſenes inebrientur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΦΛΩΡΟΣ. ΣΥΛΛΑΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

FLORUS. SYLLA.

ΕΘΑΥΜΑΖΕ δὲ Φλῶρος εἰ γεγραφὼς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ μέθης, ὅτι μάλιστα μὲν οἱ γέροντες, ἥκιστα δὲ αἱ γυναῖκες ὑπὸ μέθης ἁλίσκονται, τὴν αἰτίαν οὐκ ἐξειργάσατο, μηδὲν εἰωθὼς προΐεσθαι τῶν τοιούτων· εἶτα μέντοι προὔβαλεν ἐν μέσῳ σκοπεῖν τοῖς παροῦσιν· ἦν δὲ τῶν συνήθων τὸ δεῖπνον. Ἔφη τοίνυν ὁ Σύλλας, Θατέρῳ θάτερον ἐμφαίνεσθαι· κἂν εἰ περὶ τῶν γυναικῶν ὀρθῶς τὸ

A. 15. Σύλλας;] Ita ſcripſi conſtantiæ cauſſa; quando aliis fere omnibus in locis ſcriptum exſtat nomen. Hic omnes, excepto Xyl. libri habent Σύλας.

MIRUM vero videbatur Floro, quod Ariſtoteles in libro de ebrietate cum ſcripſiſſet, *maxime ſenes, minime mulieres ebrietate capi*, cauſſam non explicaviſſet; alioqui nihil tale ſolitus omittere. Eam vero in quodam familiarium convivio inquirendam in medium propoſuit. Tum Sylla, Alterum, inquit, cognoſci ex altero poteſt: et ſi de mulie-

B αἰτίαν λάβοιμεν, οὐκ ἔτι πολλοῦ λόγου δεήσεσθαι περὶ τῶν γερόντων· ἐναντίας γὰρ εἶναι μάλιστα τὰς φύσεις τῇ τε ὑγρότητι καὶ ξηρότητι, καὶ τραχύτητι καὶ λειότητι, καὶ μαλακότητι καὶ σκληρότητι. Καὶ τοῦτο, ἔφη, λαμβάνω κατὰ τῶν γυναικῶν πρῶτον, ὅτι τὴν κρᾶσιν ὑγρὰν ἔχουσιν, ἣ καὶ τὴν ἁπαλότητα τῆς σαρκὸς ἐμμεμιγμένην παρέχει, καὶ τὸ στίλβον ἐπὶ λειότητι, καὶ τὰς καθάρσεις· ὅταν οὖν ὁ οἶνος εἰς ὑγρότητα πολλὴν ἐμπέσῃ, κρατούμενος ἀποβάλλει τὴν βαφὴν, καὶ γίνεται παντάπασιν ἀβαφὴς καὶ ὑδατώδης. Ἔστι δέ τι καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαβεῖν Ἀριστοτέλους· τοὺς γὰρ ἄθρουν καὶ ἀπνευστὶ πίνοντας, ὅπερ ἀμυστίζειν ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ, φησὶν ἥκιστα περιπίπτειν μέθαις, οὐ γὰρ ἐνδιατρίβειν τὸν ἄκρατον αὐτοῖς, ἀλλ᾽ ἐξωθούμενον ῥύμῃ διαπορεύεσθαι διὰ τοῦ σώματος. Ἐπιεικῶς δὲ

B. 4. λαμβάνω] Sic Mez. Vulgo, λαμβάνει. Senſus eſt *ſumo, ut conceſſum.*
B. 6. ἐμμεμιγμένην] Lego, ἐμμεμιγμένη: itaque verti.
B. 9. βαφὴν—ἀβαφὴς] Sic Steph. Libri alii omnes, ſecundo loco habent ἀναφής: unde forte quis legat, ἀφὴν—ἀναφής.
B. 11. ἀπνευστὶ] Ita Baſ. Xyl. E. H. Cæteri et vulgo, ἀμπνευστί.
C. 2. αὐτοῖς—ῥύμῃ] Prius dedi ex T. pro αὐτόν: poſterius ex Anon. et Mez. quod item velle videntur E. H. Venet. Palat. Vatic. qui habent ῥύμην. Poſſis item corrigere ῥύδην, ut Reiſk. Vulgo, ῥύμην.

ribus cauſſam repererimus veram, non multum diſputare opus erit de ſenibus. Naturæ enim maxime ſunt inter ſe contrariæ, humiditate, ſiccitate, lævitate, aſperitate, mollitie, duritie. Quod ad mulieres attinet, primum hoc, ut conceſſum ſumo, eas habere corporis humidam temperiem, quæ, immixta carni teneritatem in ea efficiat, et nitorem in lævitate, et purgationes. Cum ergo vinum in multum incidit humorem, vincitur aciemque ſuam amittit, fitque omnino languidum et aquoſum. Quinetiam ex ipſo ſumi aliquid poteſt Ariſtotele. Nam eos, qui uno hauſtu et citra reſpirationem magna ſiccant pocula, quod *amyſtizare* dictum fuit, a veteribus ait perhibitum non facile inebriari: nimirum quod merum in his non diu moretur, ſed impetu impulſum per corpus tranſeat. Plerumque autem

τὰς γυναῖκας ὁρῶμεν οὕτω πινούσας. Εἰκὸς δὲ αὐτῶν καὶ τὸ σῶμα, διὰ τὸν ἐνδελεχῆ τῶν ὑγρῶν κατασπασμὸν ἐπὶ τὰς ἀποκαθάρσεις, πολύπορον γεγονέναι, καὶ τετρημῆσθαι καθάπερ ἀνδήρεσι καὶ ὀχετοῖς· εἰς οὓς ἐμπίπτοντα τὸν ἄκρατον ὑπάγειν ταχέως, καὶ μὴ προσίστασθαι τοῖς κυρίοις μέρεσιν, ὧν διαταραττομένων συμβαίνει τὸ μεθύειν. Οἱ δὲ γέροντες ὅτι μὲν εἰσὶν ἐνδεεῖς ἰκμάδος οἰκείας, τοὔνομά μοι δοκεῖ φράζειν πρῶτον· οὐ γὰρ ὡς ῥέον- D
τες εἰς γῆν, ἀλλ' ὡς γεώδεις καὶ γεηροί τινες ἤδη γινόμενοι τὴν ἕξιν, οὕτω προσαγορεύονται. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ δυσκαμπὲς αὐτῶν, καὶ σκληρὸν, ἔτι δὲ ἡ τραχύτης, τὴν ξηρότητα τῆς φύσεως. Ὅταν οὖν ἐμπίνωσιν, εἰκὸς ἀναλαμβάνεσθαι τὸν οἶνον, τοῦ σώματος σπογγώδους διὰ τὸν αὐχμὸν ὄντος· εἶτα ἐμμένοντα πληγὰς καὶ βαρύτητας ἐμποιεῖν. Ὡς οὖν τὰ ῥεύματα τῶν μὲν πυκνῶν ἀποκλύζεται χωρίων, καὶ πηλὸν οὐ ποιεῖ, τοῖς δὲ ἀραιοῖς ἀναμίγνυται μᾶλλον· οὕτως ὁ οἶνος ἐν τοῖς τῶν γερόντων

ſic bibere mulieres videmus. Probabile etiam eſt earum corpora ob perpetuam humorum detractionem multis aperiri meatibus, et inciſa eſſe quaſi hauſtris quibuſdam et tubulis, in quos illapſum merum celeriter abeat, neque principibus partibus adhæreſcat; quarum perturbatione oboritur ebrietas. Porro ſenibus deeſſe ſuum proprium humorem, principio ipſum Græcum eorum nomen videtur indicare: *gerontes* enim dicti ſunt, non tanquam fluentes ad terram, ſed quod eorum conſtitutio corporis jam quodammodo facta ſit terrea. Sed et rigor eorum, et durities, et aſperitas ſiccitatem naturæ declarat. Ubi ergo adbiberunt, par eſt corpus, ob ſiccitatem ſpongiæ inſtar cavernoſum, accipere vinum, quod permanens deinde feriat atque prægravet. Sicut ergo aquæ a denſis locis delabuntur, ita ut lutum non faciant, in raris autem facilius ſubſidunt et miſcentur: ita vi-

E σώμασιν ἔχει διατριβὴν, ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς ξηρό-
τητος. Ἄνευ δὲ τούτων, ἰδεῖν ἐστι τὰ συμπτώματα τῆς
μέθης τὴν τῶν γερόντων φύσιν ἐξ αὑτῆς ἔχουσαν· ἔστι γὰρ
συμπτώματα μέθης ἐπιφανέστατα, τρόμοι μὲν ἄρθρων,
ψελλισμοὶ δὲ γλώσσης, πλεονασμοὶ δὲ λαλιᾶς, ὀξύτη-
τες δὲ ὀργῆς, λῆθαί τε καὶ παραφοραὶ διανοίας· ὧν τὰ
πολλὰ καὶ ἀεὶ τοὺς ὑγιαίνοντας ὄντα πρεσβύτας, ὀλίγης
ῥοπῆς δεῖται, καὶ σάλου τοῦ τυχόντος· ὥστε μὴ γένεσιν ἰδί-
ων, ἀλλὰ κοινῶν ἐπίτασιν συμπτωμάτων γίνεσθαι τὴν μέ-
F θην τῷ γέροντι· τεκμήριον δὲ τούτου, τὸ μηδὲν εἶναι γέ-
ροντι νέου μεθυσθέντος ὁμοιότερον.

E. 8. ἰδίων, ἀλλὰ κοινῶν] Palat. οἰκείων, ἀλλὰ καινῶν. Subeſt ſane hic vitium, ita ſanandum, καινῶν, ἀλλὰ ἰδίων· quod partim vertendo ſecutus eſt Amiotus.

F. 1. τὸ μηδὲν] Omnes libri, manifeſto vitio, τοῦ μηδέν.

num in ſenilibus corporibus moram facit attractum a ſiccitate. Præter hæc videre licet ea quæ ebrietati comitantur ineſſe ultro naturæ ſenum: ſunt autem maxime evidentia, tremor membrorum, linguæ hæſitatio, garrulitas, iræ acres, oblivio et error mentis: quorum pleraque etiam ſanis ſenibus cum adſint, levi momento et quavis exagitatione inducuntur: ut in ſene ebrietas non novorum accidentium procreatio ſit, ſed propriorum quædam contentio. Cujus rei argumentum eſt, quod nihil tam ſimile eſt ſeni atque temulentus juvenis.

τὰς γυναῖκας ὁρῶμεν οὕτω πινούσας. Εἰκὸς δὲ αὐτῶν καὶ
τὸ σῶμα, διὰ τὸν ἐνδελεχῆ τῶν ὑγρῶν κατασπασμὸν
ἐπὶ τὰς ἀποκαθάρσεις, πολύπορον γεγονέναι, καὶ τετ-
μῆσθαι καθάπερ ἀνδήροις καὶ ὀχετοῖς· εἰς οὓς ἐμπίπτοντα
τὸν ἄκρατον ὑπάγειν ταχέως, καὶ μὴ προσίστασθαι τοῖς
κυρίοις μέρεσιν, ὧν διαταραττομένων συμβαίνει τὸ με-
θύειν. Οἱ δὲ γέροντες ὅτι μὲν εἰσὶν ἐνδεεῖς ἰκμάδος οἰ-
κείας, τοὔνομά μοι δοκεῖ φράζειν πρῶτον· οὐ γὰρ ὡς ῥέον- D
τες εἰς γῆν, ἀλλ' ὡς γεώδεις καὶ γεηροί τινες ἤδη γινό-
μενοι τὴν ἕξιν, οὕτω προσαγορεύονται. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ
δυσκαμπὲς αὐτῶν, καὶ σκληρὸν, ἔτι δὲ ἡ τραχύτης, τὴν
ξηρότητα τῆς φύσεως. Ὅταν οὖν ἐμπίνωσιν, εἰκὸς ἀνα-
λαμβάνεσθαι τὸν οἶνον, τοῦ σώματος σπογγώδους διὰ τὸν
αὐχμὸν ὄντος· εἶτα ἐμμένοντα πληγὰς καὶ βαρύτητας
ἐμποιεῖν. Ὡς οὖν τὰ ῥεύματα τῶν μὲν πυκνῶν ἀπο-
κλύζεται χωρίων, καὶ πηλὸν οὐ ποιεῖ, τοῖς δὲ ἀραιοῖς ἀνα-
μίγνυται μᾶλλον· οὕτως ὁ οἶνος ἐν τοῖς τῶν γερόντων

ſic bibere mulieres videmus. Probabile etiam eſt earum corpora ob perpetuam humorum detractionem multis aperiri meatibus, et inciſa eſſe quaſi hauſtris quibuſdam et tubulis, in quos illapſum merum celeriter abeat, neque principibus partibus adhæreſcat; quarum perturbatione oboritur ebrietas. Porro ſenibus deeſſe ſuum proprium humorem, principio ipſum Græcum eorum nomen videtur indicare: *gerontes* enim dicti ſunt, non tanquam fluentes ad terram, ſed quod eorum conſtitutio corporis jam quodammodo facta ſit terrea. Sed et rigor eorum, et durities, et aſperitas ſiccitatem naturæ declarat. Ubi ergo adbiberunt, par eſt corpus, ob ſiccitatem ſpongiæ inſtar cavernoſum, accipere vinum, quod permanens deinde feriat atque prægravet. Sicut ergo aquæ a denſis locis delabuntur, ita ut lutum non faciant, in raris autem facilius ſubſidunt et miſcentur: ita vi-

E σώμασιν ἔχει διατριβὴν, ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς ξηρότητος. Ἄνευ δὲ τούτων, ἰδεῖν ἔστι τὰ συμπτώματα τῆς μέθης τὴν τῶν γερόντων φύσιν ἐξ αὑτῆς ἔχουσαν· ἔστι γὰρ συμπτώματα μέθης ἐπιφανέστατα, τρόμοι μὲν ἄρθρων, ψελλισμοὶ δὲ γλώσσης, πλεονασμοὶ δὲ λαλιᾶς, ὀξύτητες δὲ ὀργῆς, λῆθαί τε καὶ παραφοραὶ διανοίας· ὧν τὰ πολλὰ καὶ περὶ τοὺς ὑγιαίνοντας ὄντα πρεσβύτας, ὀλίγης ῥοπῆς δεῖται, καὶ σάλου τοῦ τυχόντος· ὥστε μὴ γένεσιν ἰδίων, ἀλλὰ κοινῶν ἐπίτασιν συμπτωμάτων γίνεσθαι τῇ μέθῃ τῷ
F γέροντι· τεκμήριον δὲ τούτου, τὸ μηδὲν ἐστὶ γέροντι νέου μεθυσθέντος ὁμοιότερον.

E. 8. ἰδίων, ἀλλὰ κοινῶν] Palat. οἰκείων, ἀλλὰ καινῶν. Subeſt ſane hic vitium, ita ſanandum, καινῶν, ἀλλ' ἰδίων· quod partim vertendo ſecutus eſt Amiotus.

F. 1. τὸ μηδὲν] Omnes libri, manifeſto vitio, τῷ μηδέν.

num in ſenilibus corporibus moram facit attractum a ſiccitate. Præter hæc videre licet ea quæ ebrietati comitantur ineſſe ultro naturæ ſenum: ſunt autem maxime evidentia, tremor membrorum, linguæ hæſitatio, garrulitas, iræ acres, oblivio et error mentis: quorum pleraque etiam ſanis ſenibus cum adſint, levi momento et quavis exagitatione inducuntur: ut in ſene ebrietas non novorum accidentium procreatio ſit, ſed propriorum quædam contentio. Cujus rei argumentum eſt, quod nihil tam ſimile eſt ſeni atque temulentus juvenis.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Δʹ.

Πότερον ψυχρότεραι τῇ κράσει τῶν ἀνδρῶν, ἢ θερμότεραί εἰσιν αἱ γυναῖκες,

QUÆSTIO IV.

Frigidioreſne temperamento, an calidiores viris ſint fœminæ.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΣ. ΑΘΡΥΙΛΑΤΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

APOLLONIDES. ATHRYILATUS.

αʹ. Ὁ ΜΕΝ οὖν Σύλλας ταῦτα εἶπεν. Ὁ δὲ τακτικὸς Ἀπολλωνίδης ἔφη, Τὸν μὲν περὶ τῶν γερόντων ἀποδέχεσθαι λόγον· ἐν δὲ ταῖς γυναιξὶν αὐτῷ δοκεῖν παραλελεῖφθαι τὸ τῆς ψυχρότητος, ᾗ θερμότατον ἄκρατον ἀποσβέννυσθαι καὶ ἀποβάλλειν τὸ πλῆκτον καὶ πυρῶδες. Πιθανοῦ δὲ καὶ τούτου δοκοῦντος, Ἀθρυΐλατος ὁ Θάσιος 651

F. 14. περὶ] Addidi ex Palat.
F. 16. θερμότατον] Lego, θερμὸν ὄντα.
A. 1. Ἀθρυΐλατος] Non eſt idonea ratio, quare Xyl. eumque ſecutus Reiſk. hoc nomen vitioſum exiſtiment.

I. HÆC cum dixiſſet Sylla, Apollonides Tacticus, accipere ſe dixit de ſenibus prolatam rationem: de mulieribus autem, videri ſibi prætermiſſam earum frigiditatem, quæ calidiſſimum reſtinguat merum, vimque ejus et fervorem opprimat. Cum hoc quoque videretur dictum probabi-

ἰατρὸς ἐμβαλών τινα τῇ ζητήσει διατριβὴν, Εἶναί τινας, ἔφησεν, οἳ τὰς γυναῖκας οὐ ψυχρὰς, ἀλλὰ θερμοτέρας τῶν ἀνδρῶν ὑπολαμβάνουσιν· ἑτέρους δὲ μᾶλλον, οἳ τὸν οἶνον οὐ θερμὸν ἀλλὰ καὶ ψυχρὸν ἡγοῦνται.

β΄. Θαυμάσαντος δὲ τοῦ Φλώρου, Τὸν μὲν περὶ τοῦ οἴνου λόγον, εἶπεν, ἀφίημι τούτῳ, δείξας ἐμέ· καὶ γὰρ ἐτυγχάνομεν ὀλίγαις ἡμέραις πρότερον εἰς τοῦτο διειλεγμένοι· τὴν δὲ γυναικῶν, ἔφη, τὴν θερμότητα πρῶτον ἀπὸ τῆς ψιλότητος οἴονται δεικνύναι, καταναλισκομένου τοῦ περιττώματος
B ὑπὸ τῆς θερμότητος, ὃ πλεονάζον εἰς τρίχας τρέπεται. Δεύτερον δὲ, τῷ πλήθει τοῦ αἵματος, ὃ πηγὴ μὲν εἶναι δοκεῖ τῆς ἐν τῷ σώματι θερμότητος, ἔστι δὲ τοσοῦτον ταῖς γυναιξὶν, ὥστε αὐτὰς καταπιμπράναι καὶ περιφλέγειν, εἰ μὴ πολλαὶ καὶ ταχεῖαι συμβαίνοιεν καθάρσεις. Τρίτον τοῦτο τὸ περὶ τὰς ταφὰς αἱρεῖ θερμότερα τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων εἶναι· λέγεται γὰρ ὑπὸ τῶν σκελωρευομένων, τὰ μὲν

A. 4. μᾶλλον] Reponendum hinc poſt ψυχρόν.
B. 7. τὰ μὲν] Vitioſum Mez. τάδε. Anon. ταφάς: ſaltem plenius ita ſcribendum erat, τὰς ταφάς. Satis hoc ad ſenſum: ſed paulo altius hærere videtur vitium.

liter, Athryilatus Thaſius medicus moram quandam injecit, eſſe quoſdam inquiens, qui fœminas non frigidas, ſed viris calidiores cenſeant: alios, quibus vinum non calidum, ſed frigidum videatur.

II. Quod cum miraretur Florus, De vino, inquit Athryilatus, rem explicandam huic relinquo (me demonſtrans: nam paucis ante diebus hac de re fueramus inter nos collocuti). Fœminarum autem caliditatem exiſtimant primum glabritie demonſtrari, conſumto a calore excremento, quod abundans alioqui in pilos vertitur. Deinde ſanguinis multitudine, qui cum fons caloris in corpore videatur eſſe, tam copioſus eſt fœminis, ut eas inflammet atque incendat, niſi multæ iis et celeres accidant purgationes. Tertium argumentum ab eo ducitur, quod in ſepulturis fit, et calidiora fœminarum quam marium corpora arguit. Traditum enim eſt, veſpillones ca-

συντιθέναι πρὸς δέκα νεκροὺς ἀνδρῶν, ἕνα γυναικὸς, καὶ συνεξάπτειν, δᾳδῶδές τι καὶ λιπαρὸν αὐτῶν τῆς σαρκὸς ἐχούσης, ὥστε ὑπέκκαυμα γίνεσθαι τῶν ἄλλων. Ἔτι δὲ, εἰ θερμότερον τὸ γονιμώτερον, αἱ δὲ παρθένοι τῶν παίδων ὀργῶσι πρότερον καὶ σαλεύονται πρὸς τὸ γεννᾷν, οὐδ' C
αὐτή τις ἀσθενὴς ἀπόδειξις ἂν εἴη τῆς θερμότητος. Ἔτι δὲ καὶ μείζων καὶ πιθανωτέρα, τὸ πρὸς τὰ κρύη καὶ τοὺς χειμῶνας εὐφόρως ἔχειν· ἧττον γὰρ αἱ πλεῖσται ῥιγοῦσι τῶν ἀνδρῶν, καὶ παντάπασιν ἱματίων ὀλίγων δέονται.

γ'. Ἀλλ' ἀπ' αὐτῶν οἶμαι τούτων, ὁ Φλῶρος ἔφη, τῶν ἐπιχειρημάτων ἐλέγχεσθαι τὸ δόγμα. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀντέχουσι τῷ ψύχει μᾶλλον, ὅτι πολλάκις τὸ ὅμοιον ὑπὸ τοῦ ὁμοίου δυσπαθέστερόν ἐστιν. Ἔπειτα μέντοι, καὶ τὸ σπέρμα μὴ προγεγονέναι τὸ γόνιμον, διὰ κατάψυξιν, ἀλλ' ὕλην μόνον καὶ τροφὴν παρέχειν τῷ ἀπὸ τοῦ D

C. 10. προγεγονέναι τὸ γονίμον] Forte μὴ προσγίγνεσθαι αὐταῖς γόνιμον.
D. 1. παρέχειν] Lego παρέχον. Aut ante ὕλην excidit οἷον. Mox ψυχρότερον malim in ψυχρότατον mutari.

davera urenda ita componere, ut decem virilibus apponerent unum muliebre, unaque incendere; quod muliebre corpus quidpiam tædæ ſimile atque pingue habeat; efficiatque eo ut reliqua etiam facilius ardeant. Porro ſi id calidius eſt quod ad gignendum eſt proclivius: cum virgines prius quam pueri ad rem veneream incitentur, ne hoc quidem leve eſt argumentum muliebris caliditatis. Majus etiam hoc et ad perſuadendum aptius, quod gelu et hyemem mulieres facilius perferunt: pleræque enim minus algent quam viri, omninoque paucas veſtes deſiderant.

III. Ego autem, inquit Florus, his ipſis ratiocinationibus everti iſtam judico opinionem. Primum enim quod frigus magis tolerant, eo fit quia ſæpenumero ſimile a ſimili minus afficitur. Deinde non ſemen genitale prius in mulieribus naſcitur: ſunt enim frigidiores: ſed alimentum duntaxat et materies quæ maris ſubjiciatur ſemini. Tum

ἀρρένος. Ἔπειτα λήγουσι τίκτουσαι πολὺ πρότερον, ἢ γεννῶντες οἱ ἄνδρες. Καίονται δὲ βέλτιον ὑπὸ πιμελῆς, ὃ δοκεῖ ψυχρότερον εἶναι τοῦ σώματος· ἥκιστα γοῦν οἱ νέοι καὶ γυμναστικοὶ πιμελώδεις. Ἡ δὲ ἔμμηνος κάθαρσις, οὐ πλήθους, ἀλλὰ διαφθορᾶς καὶ φαυλότητός ἐστιν αἵματος· τὸ γὰρ ἄπεπτον αὐτοῦ, καὶ περιττωματικὸν, οὐκ ἔχον ἵδρυσιν, οὐδὲ σύστασιν ἐν τῷ σώματι, δι' ἀσθένειαν, ἐκπίπτει, παντάπασιν ἀμβλὺ καὶ θολερὸν ἀρρωστίᾳ τοῦ θερμοῦ γινόμενον· δηλοῖ γοῦν καὶ τὸ ῥιγοῦν καὶ τὸ ὑποφρίττειν ὡς
E ἐπιπολὺ τὰς καθαιρομένας, ὅτι ψυχρόν ἐστι καὶ ἄπεπτον τὸ κεκινημένον καὶ ἀποχωροῦν ἐκ τοῦ σώματος. Τὴν δὲ ψιλότητα τίς ἂν εἴποι θερμότητος, οὐχὶ μᾶλλον ψυχρότητος, εἶναι τὸ πάθος, ὁρῶν τὰ θερμότατα τοῦ σώματος μέρη δασυνόμενα; πάντα γὰρ ἐξωθεῖται τὰ τοιαῦτα τῷ θερμῷ, χαράσσοντι καὶ ἀναστομοῦντι τὴν ἐπιφάνειαν. Ἡ δὲ λειότης πυκνότητι γέγονεν ὑπὸ ψυχρότητος·

longe citius deſinunt parere mulieres, quam gignere viri. Quod uruntur cadavera mulierum promtius, ob pinguedinem ſit, quæ corporis pars eſt frigidior: itaque juvenes et qui corpora exercent, minime pingueſcunt. Illa autem menſtrua purgatio non eſt copioſi, ſed vitioſi et corrupti ſanguinis: qui concoqui cum non poſſit et excrementum ſit, locum in corpore non inveniens ubi ſubſiſtat, ob imbecillitatem excidit plane languidus et conturbatus caloris defectu. Quin et horror ac rigor plerumque purgationem patientibus accidens, ſatis oſtendit frigidum eſſe et incoctum id quod agitatur et ſecedit e corpore. Qui vero glabrities calorem potius quam frigus cauſſam habere dicatur? cum videamus calidiſſimas corporis partes maxime pilis obſeri: omnia enim iſta vi caloris in ſuperficiem expelluntur, ab eo vellicatam et apertam. Lævitas autem denſitati accidit frigore. Denſiora autem mulierum eſſe quam

ὅτι δὲ εἰσι πυκνότεραι τῶν ἀνδρῶν, ὦ φίλε Ἀθρυΐλατε, πύθου παρὰ τῶν ἔπι συναναπαυομένων γυναιξὶν ἢ μύρον ἀληλιμμέναις ἢ ἔλαιον· ἀναπίμπλανται γὰρ αὐτοὶ τοῦ χρίσματος ἐν τῷ συγκαθεύδειν, κἂν μὴ θίγωσι μηδὲ προσ- F
άψωνται τῶν γυναικῶν, διὰ θερμότητα καὶ μανότητα τοῦ σώματος ἕλκοντος.

E. 8. ὅτι δέ εἰσι πυκνότεραι—ἕλκοντος] πυκνότεραι eſt ex Palat. Vatic. Ἀθρυΐλατε Steph. habet ex Leonic. et Schott. alii omnes λοῖπε. Mox tranſponam, τοῦ αὐτοῦ χρίσματος Poſt ἕλκοντος lacuna eſt in Vatic. ſane excidiſſe videtur hujuſmodi quid, τῶν ἀνδρῶν ἀπὸ πυκνοῦ καὶ ψυχροῦ τοῦ τῶν γυναικῶν. Reddidi hoc ſupplementum in Verſione.

virorum corpora, mi Athryilate, diſcere poſſis ex iis qui concumbunt cum mulieribus unguento aut oleo delibutis: opplentur enim eodem unguento inter concumbendum, etiam ſi mulieres non contrectent neque attingant; corpore virili calido et raro id attrahente ex fœminea corpore denſo ac frigido.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ε′.

Εἰ ψυχρότερος τῇ δυνάμει ὁ οἶνος.

QUÆSTIO V.

Vinum an facultate ſit frigidum.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΑΘΡΥΙΛΑΤΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

ATHRYILATUS. PLUTARCHUS.

α′. ΟΥ μὴν ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ τῶν γυναικῶν, ἔφη, ὡς πρὸς τοὐναντίον ἀνδρικῶς ἐπικεχείρηται. Τὸν δὲ οἶνον ἐπιθυμῶ μαθεῖν ὁπόθεν ὑπόνοιαν ἡμῖν τοῦ ψυχρὸς εἶναι
652 παρέσχεν. Οἴει γὰρ, ἔφην ἐγὼ, τοῦτον ἡμέτερον εἶναι τὸν λόγον; Ἀλλὰ τίνος, εἶπεν, ἑτέρου; Μέμνημαι μὲν οὖν, ἔφην ἐγὼ, καὶ Ἀριστοτέλους ἐντυχὼν οὐ νεωστὶ λόγῳ περὶ τούτου τοῦ προβλήματος, ἀλλ' ἱκανῶς πάλαι. Διείλεκ-

'F. 12. Οὐ μὴν ἀλλὰ—ἐπικεχείρηται] Hæc ex fine ſuperioris Quæſtionis repoſui in hujus principio: cum rei veritate motus, tum admonitus indicio lacunæ Vaticani codicis. Ἔφη pro ἔφην a Xyl. ſumſi.
A. 3. λόγῳ] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, λόγον.

I. VERUM enimvero de mulierum natura, aiebat, in utramque partem ſatis fortiter eſt diſputatum. Id autem ſcire vellem, qui ſuſpectio incidiſſet hæc, vinum eſſe frigidum. Putaſne, aiebam, noſtram eſſe hanc opinionem? Cujus ergo alius, inquit? Memini, dicebam, jamdudum me incidiſſe in Ariſtotelis hac de re diſputationem. Sed et

ται δὲ καὶ Ἐπίκουρος ἐν τῷ συμποσίῳ πολλοὺς λόγους, ὧν τὸ κεφάλαιόν ἐστιν, ὡς ἐγῷμαι, τοιόνδε. Φησὶ γὰρ, οὐκ εἶναι θερμὸν αὐτοτελῶς τὸν οἶνον, ἀλλ' ἔχειν τινὰς ἀτόμους ἐν αὐτῷ θερμασίας ἀποτελεστικὰς, ἑτέρας δὲ αὖ ψυχρότητος· ὧν τὰς μὲν ἀποβάλλειν ὅταν εἰς τὸ σῶμα παραγένηται, τὰς δὲ προσλαμβάνειν ἐκ τοῦ σώματος ὡς ἂν ἔχωσι κράσεως ἡμῖν ἢ φύσεως ὁμιλῆσαι· ὡς τοὺς μὲν B ἐκθερμαίνεσθαι, τοὺς δὲ τοὐναντίον πάσχειν μεθυσκομένους.

β'. Ταῦτα, εἶπεν ὁ Φλῶρος, ἄντικρυς εἰς τὸν Πύρρωνα διὰ τοῦ Πρωταγόρου φέρει ἡμᾶς· δῆλον γὰρ ὅτι καὶ περὶ ἐλαίου, καὶ περὶ γάλακτος, μέλιτός τε, καὶ ὁμοίως τῶν ἄλλων, διεξιόντες, ἀποδρασόμεθα τὸ λέγειν περὶ ἑκάστου ὁποῖον τῇ φύσει ἐστὶ, μίξεσι ταῖς πρὸς ἄλληλα καὶ κράσεσιν ἕκαστον γίνεσθαι φάσκοντες· ἀλλὰ σὺ πῶς ἐπιχειρεῖς τὸ ψυχρὸν εἶναι τὸν οἶνον; Οὕτως, ἔφην, ὑπὸ

A. 10. προσλαμβάνειν—ὁμιλῆσαι] Primum habent e Baſ. Xyl. Mez. Poſterius ita corrigendum videtur ὥστε ὅπως ἂν ἔχωσι κράσεως ἢ φύσεως ὁμιλῶσι: vel, καὶ ὁπωσοῦν ἂν ἔχωσι κ. ἢ. ἢ. φ. ὁ.

B. 4. εἶπεν ὁ Φλῶρος] Ita T. V. Xyl. Mez. Vulgo, εἰπὼν ὁ Φλῶρος.

Epicurus in convivio multa de eo diſſeruit, quorum, niſi fallor, ſumma huc redit: vinum non perfecte eſſe calidum, ſed in ſe atomos habere, quaſdam calorem efficientes, alias, quæ frigus gignant: ipſum ubi in corpus eſt admiſſum, alias amittere, alias ex ipſo adſciſcere corpore, et ad naturam temperiemque utentium ſic accommodari, ut alii ebrii frigeant, alii caleant.

II. Atqui hæc, aiebat Florus, recta nos per Protagoram ad Pyrrhonem ferunt. Liquet enim, de oleo, lacte, melle, itemque aliis diſputare juſſos, ſubterfugituros naturæ ſingulorum explicationem, quod ea dicemus nata mixtionibus et temperationibus mutuis. Tu vero quomodo demonſtres vinum eſſe frigidum? Ita, in-

δυεῖν τότε προσηναγκασμένος αὐτοσχεδιάσαι. Πρῶτον δὲ ὑπῄει μοι τὸ γινόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν· τοῖς γὰρ ἐκλελυμένοις καὶ τόνου τινὸς δεομένοις κατὰ τὰς ἀῤῥωστίας στομάχου, θερμὸν
C μὲν οὐδὲν προσφέρουσιν, οἶνον δὲ διδόντες βοηθοῦσιν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὰς ῥύσεις καὶ ἐφιδρώσεις οἴνῳ καταπαύουσιν, ὡς οὐδὲν ἧττον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τῆς χιόνος ἱστάντι καὶ κρατύνοντι, τῷ ψύχειν καὶ περιστέλλειν, φερομένην τὴν ἕξιν· εἰ δὲ καὶ φύσιν καὶ δύναμιν εἶχε θερμαντικὴν, ὅμοιον ἦν, οἶμαι, χιόνι πῦρ, καὶ καρδίᾳ οἶνον προσφέρειν ἄκρατον. Ἔπειτα τὸν μὲν ὕπνον οἱ πλεῖστοι περιψύξει γίνεσθαι λέγουσιν, καὶ ψυκτικὰ τὰ πλεῖστα τῶν ὑπνωτικῶν φαρμάκων ἐστὶν, ὡς ὁ μανδραγόρας, καὶ τὸ μηκώνιον· ἀλλὰ ταῦτα μὲν σφοδρὰ, καὶ βίᾳ πολλῇ συνωθεῖ, καὶ πήγνυσιν· ὁ δ' οἶνος ἠρέμα καταψύχων, ἵστησι μεθ' ἡδονῆς καὶ ἀναπαύει τὴν κίνησιν ἐν τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον οὔσης περὶ

B. 11. προσηναγκασμένος] Sic Palat. et Mez. Ceteri mire variant. Vulgo, προσεννηγμένος. Locus, ſane mendoſus, ita forte corrigendus, Οὕτως, ἔφην, ὡς ὑπὸ δυεῖν εἷς ἐν ἀπόροις ἠναγκασμένος αὐτοσχεδιάσαι. Πρῶτον δὲ ὑπῄει μοι τὸ &c. Ita, certe, verti.

C. 8. ψυκτικὰ τὰ πλεῖστα] Sic Xyl. Mez. Vulgo, ψυκτικὰ καὶ τὰ πλεῖστα.

quam, ut unus a duobus coactus de re dubia ſubito dicere. Primum vero in mentem venit id quod a medicis fieri ſolet. Languente ſtomacho, et ob imbecillitatem confirmationis indigente, nihil calidum adhibent, vino tantum dato medentur. Sic et fluxus ventris, et ſudoris eruptiones vino ſiſtunt, utpote non minus, ſed magis quam nix poſſit, conſtringente frigoris vi et inhibente materiam. Alioqui ſi vim calefaciendi vinum haberet, perinde erat opinor merum ori ventriculi admovere, atque ignem nivi. Jam ſomnum plerique refrigeratione fieri putant, et medicamenta ſomnum inducentia pleraque frigus incutientia ſunt, ut mandragoras, opium. Verum iſta vehementer, vique magna compellunt atque cogunt. Vinum paulatim frigus alliciendo, motum ſuaviter ſiſtit, eo quod magis aut minus eſt dif-

ἐκεῖνο τῆς διαφορᾶς. Ἔτι δὲ τὸ μὲν θερμὸν, γόνιμον· D
εὔροιαν γὰρ ἡ ὑγρότης ἴσχει, καὶ τόνον τὸ πνεῦμα καὶ δύναμιν ὑπὸ τῆς θερμότητος ἐξοργῶσαν· οἱ δὲ πίνοντες πολὺν ἄκρατον, ἀμβλύτεροι πρὸς τὰς συνουσίας εἰσὶ, καὶ σπείρουσιν οὐθὲν εἰς γένεσιν ἰσχυρὸν οὐδὲ κεκρατημένον, ἀλλ' ἐξίτηλοι καὶ ἀτελεῖς εἰσιν αἱ πρὸς τὰς γυναῖκας ὁμιλίαι αὐτῶν, διὰ φαυλότητα καὶ κατάψυξιν τοῦ σπέρματος. Καὶ μὴν ὅσα πάσχουσιν ἄνθρωποι ὑπὸ κρύους, πάντα συμβαίνει τοῖς μεθυσκομένοις, τρόμοι, βαρύτητες, ὠχριάσεις, σάλοι τοῦ περὶ τὰ γυῖα πνεύματος, ἀσάφεια γλώττης,
ἔντασις τῶν περὶ τοῖς ἄκροις νεύρων, καὶ ἀποναρκήσεις· τοῖς E
δὲ πλείστοις εἰς πάρεσιν αἱ μέθαι τελευτῶσιν, ὅταν ἐκπλήξῃ παντάπασι καὶ κατασβέσῃ τὸ θερμὸν ὁ ἄκρατος. Ἰῶνταί γε μὴν τὰς περὶ τὸ σῶμα τῶν μεθυσκομένων καὶ κραιπαλώντων κακώσεις, εὐθὺς μὲν, ὡς ἔοικε, περιστε-

D. 1. ἐκεῖνο] Rectius ἐκεῖνα, Verſ. Xyl. Mez. Reiſk. Addendum etiam putem αὐτῷ poſt ὕσης.
E. 2. ἐκπλήξῃ] Forte, ἐκπνίξῃ.
E. 5. εὐθὺς] Hæc omnium librorum eſt lectio, quam Stephanus in νυκτὸς mutavit: temere, mea quidem ſententia. Mox, ἀλλὰ, mutandum in ἅμα cum Reiſkio.

ferens ab illis. Ad hæc calor vim habet gignendi: humor enim fluidus redditur, vigoremque et robur ſpiritus a calore nanciſcitur, vimque exſtimulantem. At qui multum meri bibunt, ſegniores ſunt ad coitum, nihilque validi aut bene temperati gignunt: ſed ob frigiditatem ſeminis atque pravitatem inanes ſunt eorum cum mulieribus permixtiones. Et vero quæ hominibus a frigore accidunt, tremor, gravedo, pallor, agitatio ſpiritus in membris, linguæ titubatio, contentio extremitatum in nervis ac torpor: ea omnia ebriis contingunt. Pleriſque ebrietas in reſolutionem membrorum deſinit, ubi merum calorem omnino profligavit atque exſtinxit. Incommoda porro corpori a temulentia illata ſanant, ab initio tegmine injecto et decubitu foventes: tum

λῇ καὶ καταχλίσει συνθάλποντες, μεθ' ἡμέραν δὲ λουτρῷ
καὶ ἀλείμματι, καὶ σιτίοις ὅσα μὴ ταράττοντα τὸν ὄγ-
κον, ἀλλὰ πράως ἀνακαλεῖται τὸ θερμὸν ὑπὸ τοῦ οἴνου
F διεσπασμένον καὶ πεφυγαδευμένον ἐκ τοῦ σώματος. Ὅμως
δὲ, εἶπον, ἐν τοῖς φαινομένοις καὶ ὁμοιότητας ἀδήλους ἐξ-
ιχνεύομεν καὶ δυνάμεις· οὐδὲν δὲ περὶ τῆς μέθης δεῖ δια-
πορεῖν ὁποῖόν ποτέ ἐστιν. Ὡς γὰρ ἔοικε, μάλιστα δὲ ὡς εἰ-
ρήκαμεν, ἐοίκασι τοῖς πρεσβύταις οἱ μεθύοντες· διὸ καὶ
παραϊάιτατα γηρῶσιν οἱ φίλοινοι· τοὺς δὲ πολλοὺς αὐτῶν
καὶ φαλακρώσεις ἄωροι, καὶ πολιαὶ πρὸ ἡλικίας, ἔχουσιν·
πάντα δὲ ταῦτα δοκεῖ θερμότητος ἐνδεία καταλαμβά-
νειν τὸν ἄνθρωπον. Ἔτι τοίνυν τὸ ὄξος οἴνου τινός ἐστι φύ-
σις καὶ δύναμις· οὐδὲν δὲ τῶν σβεστηρίων ὄξους πυρὶ μα-
χιμώτερον, ἀλλὰ μάλιστα πάντων ἐπικρατεῖ καὶ συμπιέ-
ζει τὴν φλόγα δι' ὑπερβολὴν ψυχρότητος. Καὶ τῶν ἄλ-
λων δὲ καρπῶν τοῖς οἰνώδεσι μᾶλλον ὡς ψυκτικοῖς χρω-
653 μένους τοὺς ἰατροὺς ὁρῶμεν, ὥσπερ ῥόαις καὶ μήλοις. Αὐ-

F. 1. Ὅμως δὲ, εἶπον] Corrigo, Ὅλως δὲ εἰπεῖν.

poſtridie lavacro, unguento, cibiſque iis qui molem corporis non exagitantes ſenſim revocent calorem a vino diſſipatum et e corpore fugatum. Tamen, aiebam, in his quæ cernuntur, etiam obſcuras veſtigamus ſimilitudines atque facultates. At de ebrietate qualis ſit, nihil attinet anxie inquirere. Nam ut apparet, et maxime, uti diximus, ſimiles ſunt ſenibus ebrii: ideoque vinoſi mature admodum ſeneſcunt, multoſque eorum ante tempus calvities et cani occupant. Præterea acetum vini quædam natura eſt et vis: de omnibus autem reſtinguentibus nihil eſt quod igni magis adverſetur: omnium maxime id flammam vincit et comprimit ob exſuperantem frigiditatem. Sed et fructuum qui ſunt vini ſapore æmuli, videmus a medicis ad refrigerandum adhiberi, ut malis acidis ac punicis. Ipſum

τὴν δὲ τοῦ μέλιτος φύσιν οὐχὶ πρὸς ὄμβριον ὕδωρ καὶ χιόνα συμμιγνύοντες οἰνοποιοῦσι, τοῦ ψυχροῦ τὸ γλυκὺ, διὰ συγγένειαν, εἰς τὸ αὐστηρὸν, ὅταν κρατήσῃ φθείροντος; Οἱ παλαιοὶ δὲ οὐχὶ διὰ τοῦτο τῶν ἑρπετῶν τὸν δράκοντα, καὶ τῶν φυτῶν τὸν κιττὸν, ἀνέθεσαν τῷ θεῷ καὶ καθιέρωσαν, ὡς τινος ψυχρᾶς καὶ κρυώδους δυνάμεως; Ἐὰν δὲ ὅτι τὸ κώνειον ἐπιπινόμενος ἰάσασθαι δοκεῖ πολὺς ἄκρατος, οἴονται τοῦτο θερμότητος εἶναι τεκμήριον, ἡμεῖς αὖ φήσομεν ἀναστρέψαντες, ὅτι συγκραθὲν αὐτὸ τοῦτο, φάρμακον ἀνίατόν ἐστι, καὶ καθάπαξ ἀποκτείνει τοὺς πι- B
όντας· ὥστε μηδὲν μᾶλλον εἶναι δοκεῖν τῷ ἀντιπράττειν θερμὸν ἢ τῷ συνεργεῖν ψυχρόν· εἰ δὲ μὴ ψυχρότητι τὸ κώνειον, οὐκ ἄλλῃ τινὶ φύσει καὶ δυνάμει μᾶλλον πιθανόν ἐστιν ἀναιρεῖν τοὺς πιόντας.

B. 3. εἰ δὲ μὴ—πιθανόν] Primum mutandum in εἴ γε δή. Poſterius ex Palat. unice verum eſt: in Ald. E. Venet. Flor. Vatic. abiit in πινόν: hinc Baſ. fecit δεινόν: quod Xyl. et Stephanus retulerunt. H. πιόν.

mel nonne aqua pluvia vel nive temperantes in vinum vertunt, frigore dulcedinem ob cognationem, ſi exſuperet, in auſteritatem mutante? Antiqui nonne ea de cauſſa de repentibus draconem, et hederam de ſtirpibus, Baccho conſecraverunt, quia frigida et gelida ſunt natura? Si vero putant, eo ſigno vini calorem monſtrari, quod, poſt hauſtam potum cicutam, veneni vim retundit: nos id invertentes dicemus, vinum cum cicuta temperatum, immedicabile eſſe venenum, bibentemque omnino interficere: ut non magis reſiſtendo calidum, quam adjuvando frigidum ſit vinum: ſi quidem frigore cicutam, non alia quadam natura et facultate, necare credibile eſt.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ ϛʹ.

Περὶ καιροῦ συνουσίας.

QUÆSTIO VI.

De tempore coitus.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ. ΖΩΠΥΡΟΣ. ΟΛΥΜΠΙΚΟΣ. ΣΩΚΛΑΡΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

ADOLESCENTULI. ZOPYRUS. OLYMPICUS. SOCLARUS.

αʹ. ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ τινὲς οὐ πάλαι τοῖς παλαιοῖς λόγοις προσπεφοιτηκότες ἐσπάραττον τὸν Ἐπίκουρον, ὡς οὐ καλὸν οὐδ' ἀναγκαῖον ἐσβεβληκότα λόγον περὶ καιροῦ συνουσίας εἰς τὸ συμπόσιον· μιμνήσκεσθαι γὰρ ἀφροδισίων ἄνδρα πρεσβύτερον ἐν δείπνῳ μειρακίων παρόντων, καὶ
c διαπορεῖν πότερον μετὰ δεῖπνον ἢ πρὸ δείπνου χρηστέον, ἐσχάτης ἀκολασίας εἶναι. Πρὸς ταῦτα, οἱ μὲν τὸν Ξε-

B. 15. προσπεφοιτηκότες] Sic Palat. Vatic. Vulgo, προπεφοιτηκότες.

I. ADOLESCENTULI quidam, qui non ita pridem priſcorum ad doctrinam ſeſe contulerant, Epicurum inſectabantur acriter, quod in convivium ſermonem neque honeſtum neque neceſſarium de coitus opportuno tempore intuliſſet: eſſe enim, aiebant, extremæ intemperantiæ, hominem provectæ ætatis in cœna adoleſcentibus præſentibus mentionem facere venereæ rei, ac diſputare ante cœnamne, an a cœna, ea ſit utendum. Ad hæc Xeno-

νοφῶντα παρέλαβον ὡς ἀπάγοντα τοὺς συμπότας μετὰ
δεῖπνον οὐχὶ * ἐφ' ἵππων ἐπὶ συνουσίας πρὸς τὰς γυ-
ναῖκας. Ζώπυρος δὲ ὁ ἰατρὸς εὖ μάλα τοῖς Ἐπικούρου
λόγοις ἐνωμιληκὼς, Οὐκ, ἔφη, προσέσχοντας αὐτοὺς ἀν-
εγνωκέναι τὸ Ἐπικούρου συμπόσιον. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἐξ ἀρ-
χῆς τινος καὶ καταστάσεως τοῦτο πρόβλημα ποιησάμενον,
εἶτα λόγους ἐπ' αὐτῷ περαίνειν· ἀλλὰ τοὺς νέους ἀνιστάν-
τα μετὰ δεῖπνον εἰς περίπατον ἐπὶ σωφρονισμῷ δια- D
λέγεσθαι καὶ ἀνακρούειν ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, ὡς ἀεὶ μὲν
ἐπισφαλοῦς εἰς βλάβην τοῦ πράγματος ὄντος, μάλιστα
δὲ τοὺς περὶ πότον καὶ ἡδονὴν χρωμένους αὐτῷ διατιθέν-
τος. Εἰ δὲ δὴ καὶ προηγουμένως, εἶπεν, ἐζητεῖτο περὶ
τούτου, πότερον οὐδὲ ὅλως ἐσκέφθαι καλῶς εἶχε τὸν φι-
λόσοφον περὶ συνουσίας καιροῦ καὶ ὥρας; ἢ βέλτιον μὲν
ἐν καιρῷ καὶ μετὰ λογισμοῦ τὰ τοιαῦτα πράττειν· τὸν
δὲ καιρὸν ἄλλως μὲν ἐπισκοπεῖν οὐκ ἄπορον, ἐν δὲ

C. 4. οὐχὶ * ἐφ' ἵππων] Si quid excidit, facile eſt ad ſenſum quidem ſupplere hunc fere in modum, ex Xenophontis Sympoſio in fine οὐχὶ πεζῇ ἀλλ' ἐφ' ἵππων.

D. 3. μάλιστα—ἡδονὴν] Lego, μάλιστα δὲ τοὺς παρὰ πότον καὶ ἡδονήν.

D. 9. οὐκ ἄπορον] Legendum οὐκ ἄτοπον, quod Xyl. et Amiot. verterunt. Ceterum plura ad rationis integritatem requiro.

phontem quidam produxerunt, qui convivas a cœna abduceret non pedibus, ſed in equis ad concumbendum cum uxoribus. Zopyrus autem medicus, probe in Epicuri verſatus philoſophia, aiebat eos non ſatis attente legiſſe Convivium Epicuri. Non enim eum ab initio ea quæſtione propoſita, eam deinde diſſerendo tractaviſſe: ſed cum a cœna ad deambulandum excitaviſſet adoleſcentes, de temperantia feciſſe verba, et eos a laſcivia deterruiſſe: quod nimirum res venerea cum alias facile noceret, tum maxime ſi quis eam a convivio exerceret. Sin vero præcipue de hoc fuiſſet quæſtio, utrum præſtabat philoſophum omnino nihil diſputare de coitus tempeſtivo uſu: aut cum tempeſtive eo et cum ratione utendum ſit, non abſurdum erat alibi de com-

E συμποσίῳ καὶ περὶ τράπεζαν αἰσχρόν; Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ τοὐναντίον ἄν τις ἐγκαλέσαι φιλοσόφῳ μεθ' ἡμέραν ἐν τῇ διατριβῇ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων παρόντων περὶ τούτου διαλεγομένῳ· κύλικος δὲ προκειμένης ἐν συνήθεσι καὶ φίλοις, ἔνθα καὶ τὸ παραλλάξαι μῦθον παραμβλύνοντα καὶ ψυχρὸν ἐν οἴνῳ συμφέρει, πῶς αἰσχρὸν εἰπεῖν τι καὶ ἀκοῦσαι εἰς συνουσίας χρῆσιν ὠφελίμως λεγόμενον; Ὡς ἔγωγε, νὴ τὸν κύνα, καὶ τοῦ Ζήνωνος ἂν ἐβουλόμην, ἔφη, διαμερισμοὺς ἐν συμποσίῳ τινὶ καὶ παι-
F διᾷ μᾶλλον, ἢ σπουδῆς τοσαύτης ἐχομένῳ συγγράμματι τῇ πολιτείᾳ κατατετάχθαι.

β'. Πρὸς τοῦτο πληγέντες οἱ νεανίσκοι σιωπῇ κατέκειντο· τῶν δὲ ἄλλων τὸν Ζώπυρον ἀξιούντων τοὺς περὶ τούτου λόγους Ἐπικούρου διελθεῖν, ἔφη, Τῶν μὲν κατὰ μέ-

E. 5. παραλλάξαι—ψυχρὸν] Si nil excidit, nec gravius ſubeſt vitium, legam παράλεξαι μῦθον καίπερ ἀμβλὺν ὄντα καὶ ψυχρὸν, eo ſenſu quem reddidi: παραλέξει habent E. H. Venet. Palat. Vatic. ἀμβλύνοντα Palat. παραβλύοντα E. H. παραμελύνοντα Flor. Pro ἐν οἴνῳ Mez. corrigit ἐνόντι.

E. 9. διαμερισμοὺς] Legendum διαμηρισμούς. Leopard. V. L. XVII, 22.

modo ejus tempore colloqui, in convivio vero et menſa turpe? Mihi quidem contra videtur philoſophus fuiſſe culpandus, qui interdiu in præſentia variorum hominum de eo in ſchola quæreret. Nam calice propoſito inter familiares et amicos, ubi etiam nonnunquam juvat fabulam garrire quamvis craſſam ac frigidam; quomodo turpe ſit dicere, audireve eorum aliquid, quæ utiliter de uſu rei venereæ dicuntur? Ego quidem per canem adjuro, optare me, ſuos diameriſmos illos obſcœnos Zenonem in convivio aliquo aut joco, quam in tam ſerio de republica opere poſuiſſe.

II. His verbis percuſſi adoleſcentes ſilentium tenuerunt. Cum autem alii a Zopyro peterent ut Epicuri hoc de argumento rationes exponeret,

ὡς ἀκριβῶς μνημονεύειν, οἴεσθαι δὲ τὸν ἄνδρα τὰς ἐκ τῆς συνουσίας πληγὰς δεδιέναι, διὰ τὸν τῶν σωμάτων παλμὸν εἰς ταραχὴν καὶ σάλον ἐν τῷ τοιούτῳ βαδιζόντων. Καθόλου μὲν γὰρ ἐξ ἕδρας τὰ σώματα μεθιστάναι πλήκτην ὄντα καὶ κινητικὸν ταραχῆς τὸν ἄκρατον· ἂν δὲ οὕτως ἔχοντα τὸν ὄγκον ἡμῶν γαλήνη μὴ παραλάβῃ καὶ ὕπνος, ἀλλ' ἕτεραι διὰ τῶν ἀφροδισίων κινήσεις, ἐκθλιβομένων καὶ μοχλευομένων τῶν μάλιστα συνδεῖν καὶ κολλᾶν τὸ σῶμα πεφυκότων, κίνδυνός ἐστιν ἀνάδαστον γί- 654
νεσθαι τὸν ὄγκον, ὥσπερ ἐκ θεμελίων γινόμενον· οὐδὲ γὰρ εὖ ῥεῖν τηνικαῦτα τὴν γονήν, σφηνώσεως διὰ τὴν πλησμονὴν οὔσης, ἀλλὰ βίᾳ καὶ συμπεφυρμένον ἀποσπᾶσθαι· διὸ χρῆναι, φησὶν ὁ ἀνήρ, ὅταν ἡσυχία γένηται περὶ τὸ σῶμα, καὶ λωφήσωσιν αἱ τῆς τροφῆς ἀναδόσεις καὶ τὰ ῥεύματα διεξιούσης καὶ φερούσης, τὰ τοιαῦτα πράττειν,

F. 6. ἀκριβῶς] Legendum, οὐκ ἀκριβῶς. Mox βαδιζόντων lubenter mutem in βαπτισθέντων, vel βιασθέντων.

F. 13. συνδεῖν] Sic Baſ. Xyl. E. H. Vatic. Palat. Leonic. Vulgo, συνιδεῖν.

A. 1. ἀνάδαστον — γινόμενον] Prius Xyl. et Jun. in ἀνάστατον mutandum cenſent. Poſterius idem Xyl. item Mez. Anon. T. V. in κινούμενον. Utrumque probabiliter.

A. 4. συμπεφυρμένον] Immo συμπεφυρμένην: niſi forte modo ſcriptum fuerat τὸν γόνον.

Equidem ſingula, inquit, non ſatis exacte memoria teneo: puto autem eum ictus venereos maxime averſatum, ubi corpus concuſſione perturbatur atque contremiſcit. Omnino enim merum corpus de ſuo ſtatu ejicit, tumultuſque ciet: quod ſi ita affectam molem corporis non tranquillitas aut ſomnus excipiat, ſed aliæ a re venerea exagitationes, eliſis et quaſi mollitione quadam ſubrutis iis, quæ maxime compingere atque continere illam debebant, periculum eſt ne tota funditus ſubvertatur compages. Non enim tunc genitura promte effluit, repletione ejus exitum obturante, ſed vi et confuſa avellitur. Itaque cenſet Epicurus quando quies corpori accidit, ac nutrimenti per corpus penetrantis digeſtio

ὑφ' ἑτέρας αὖ πάλιν τροφῆς ἐνδεὲς γενέσθαι τὸ σῶμα. Συμβάλλοιτο δ' ἄν τις τῷ Ἐπικούρῳ καὶ τὸν πατρικὸν λόγον. Ὁ γὰρ μεθ' ἡμέραν καιρὸς, ἤδη τῆς ὄψεως κρίσιν ἐχούσης, ἀσθενέστερόν ἐστιν· ἡ δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον ὁρμὴ
B πρὸς τὴν συνουσίαν, οὐκ ἀκίνδυνος· ἄδηλον γὰρ εἰ, τῆς τροφῆς μὴ κρατηθείσης, ἀπεψία δέξαιτο τὸν ἐκ τῆς συνουσίας ἄραβον καὶ σαλμὸν, ὥστε διπλῆν τὴν βλάβην γενέσθαι.

γ'. Ὑπολαβὼν δὲ Ὀλυμπικὸς, Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, τὸ τοῦ Πυθαγορικοῦ Κλεινίου λίαν ἀρέσκει· λέγεται γὰρ ἐρωτηθεὶς, Ὁπηνίκα δεῖ μάλιστα γυναικὶ προσιέναι, Ὅταν, φάναι, μάλιστα τυγχάνῃς βλαβῆναι βουλόμενος. Καὶ γὰρ ὃ Ζώπυρος εἴρηκε νῦν, ἔχει τινὰ λόγον· καὶ τὸν ἕτερον καιρὸν ἄλλας ἀκαιρίας ἔχοντα πρὸς τὸ πρᾶγμα καὶ δυσχερείας ὁρῶ. Καθάπερ οὖν Θαλῆς ὁ σο-

A. 8. ὑφ' ἑτέρας] Rectius, πρὶν ἑτέρας: ut et Reiſk. vidit.

A. 9. πατρικὸν—ἀσθενέστερόν] ἰατρικὸν habent T. V. Anon. Mez. Amiot. Deinde Mez. ita corrigit, ἤδη τῆς πέψεως ἔκκρισιν ἐχούσης, ἀσφαλέστερόν ἐστιν—aſſentiuntur partim T. V.

B. 2. ἐκ τῆς συνουσίας] Sic Palat. T. V. Vulgo, ἐκ τῆς ἀπεψίας: quod forte ortum ex vêta ac perdita lectione ἐκ τῆς ἀπουσίας.

B. 7. φάναι] Addidi ex Palat.

finem habet, tum venerea utendum re, corpore jam aliud alimentum requirente. Adſtipulatur autem Epicuro a majoribus ad nos propagata ratio. Diurnum enim tempus, quando jam concoctio ſuas obit partes, imbecilliores ad coitum facit. A cœna autem ad eum ferri, non caret periculo: nam incertum eſt, an, nondum ſubacto ob imbecillitatem concoquentis facultatis nutrimento, ſuperveniens huic exagitatio, duplex incommodum faciat.

III. Subjecit tum Olympicus, Mihi Cleiniæ Pythagorici dictum admodum probatur: qui interrogatus, *Quando maxime res cum uxore eſſet habenda*, reſpondit, *Cum maxime lædi voles.* Nam et quod Zopyrus dixit, rationem habet: et aliis temporibus alia incommoda ſequi rem hanc et difficultates video. Itaque ſicut Thales ut conjugium evi-

φὸς ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐνοχλούμενος γῆμαι κελευούσης, πῶς ὑπεξέφυγε, παρήγαγε λόγῳ· πρὸς τὴν ἐν ἀρχῇ C
μὲν, Οὔπω καιρὸς, ὦ μῆτερ· εἶτα ἐπειδὴ παρήκμασεν, ἐγκειμένης, Οὐκέτι καιρός· οὕτως ἄρα καὶ πρὸς ἀφροδίσια κράτιστον ἔσται ἔχειν ἕκαστον· ὥστε κατακλινόμενον λέγειν, Οὔπω καιρός· ἀνιστάμενον δὲ, Οὐκέτι καιρός.

δ'. Ἀθλητικὰ ταῦτα, εἶπεν ὁ Σώκλαρος, ὦ Ὀλυμπικὲ, παντάπασιν ἔτι τοῦ κοτταβίσεως ὄζοντα καὶ τῶν κρεωφαγιῶν ἐκείνων, οὐκ ἐν δέοντι. Νέοι τε γὰρ πάρεισι γεγαμηκότες, ὑφ᾽ ὧν δεῖ φιλοτήσια ἔργα τελεῖσθαι· καὶ ἡμᾶς οὔπω παντάπασιν ἡ Ἀφροδίτη πέφευγεν, ἀλλὰ καὶ προσευχόμεθα δήπουθεν αὐτῇ λέγοντες ἐν τοῖς τῶν θεῶν ὕμ- D
νοις, Ἀνάβαλε ἄνω τὸ γῆρας, ὦ καλὰ Ἀφροδίτη. Σκοπῶμεν οὖν, εἰ δοκεῖ, πότερον ἐμμελῶς καὶ προσηκόντως ὁ Ἐπίκουρος παρὰ πᾶν δίκαιον ἀφαιρεῖ τὴν Ἀφροδίτην τῆς νυκτός· καίτοι κράτιστον αὐτῇ θεῶν μετεῖναι, φησὶν ἐρα-

C. 1. πῶς ὑπεξέφυγε—ἐν ἀρχῇ μὲν] Turbant hic libri. Ad ſententiam quidem in promtu eſt corrigere, ὑπεξέφυγέ πως καὶ παρήγαγε, λέγων ἐν ἀκμῇ μὲν—.

D. 5. κράτιστον αὐτῇ θεῶν] Forte πλεῖστον αὐτῇ τῆς θεοῦ.

taret, matri ad hoc contrahendum adhortanti, initio, *Nondum appetiiſſe*, poſtea, *Jam præteriiſſe tempus uxorem ducendi* dixit: ita etiam ad rem veneream expedit unumquemque affectum eſſe, ut decumbens *Nondum tempeſtivum*, ſurgens *Non jam amplius tempeſtivum* dicat.

IV. Athletica, aiebat ibi Soclarus, nimis ſunt quæ dicis, et cottabum eorum ac carnium voracitatem redolentia, adeoque intempeſtiva. Adſunt enim juvenes mariti, quos oportet uxoribus dare operam: neque nos omnino fugit Venus, ſed accedimus nimirum ad eam, cum in deorum hymnis dicimus, *Produc moram ſenectuti pulchra Venus.* Itaque, ſi placet, conſideremus an ſcite et convenienter Epicurus præter omne jus Veneri noctem adimat: cum Menander, homo amatoriis deditus voluptatibus, *nocti de-*

τικὸς ἀνὴρ Μένανδρος. Ἐνετέθη γὰρ, οἶμαι, καλῶς παρακάλυμμα τῆς ἡδονῆς τὸ σκότος προτεθειμένους, ταῦτα πράσσειν, καὶ μὴ διὰ φωτὸς ἐντυγχάνοντας, ἐξελαύνειν τῶν ὀμμάτων τὸ αἰδούμενον, καὶ τὸ ἀκολάστου θάρσος
E ἐμποιεῖν, καὶ μνήμας ἐναργεῖς, αἷς τὸ ἐνδιατρίβειν αὖθις ἐκριπίζει τὰς ἐπιθυμίας. Ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται, κατὰ τὸν Πλάτωνα, παθημάτων, καὶ σφόδρα ταῖς ἐγγὺς φαντασίαις εἰς τὴν ψυχὴν ἐγείρουσα πρὸς τὰ εἴδωλα τῆς ἡδονῆς, καινὴν ἀεὶ καὶ πρόσφατον ἐπιθυμίαν. Ἡ δὲ νὺξ καὶ τὰ πλεῖστα καὶ μανιωδέστερα τῶν ἔργων ἀφαιροῦσα, παρήγει καὶ κατευνάζει τὴν φύσιν, οὐκ ἐξοκέλλουσαν ὑπὸ τῆς ὄψεως εἰς ὕβριν. Ἄνευ δὲ τούτων, τίνα ἔχει λόγον, ἀπὸ δείπνου μὲν ἥκοντα γεγανωμένον, ἂν οὕτω τύχῃ στέφανον κομίζοντα, καὶ μύρῳ κεχρισμένον, ἀποστραφέντα καὶ συγκαλυψάμενον καθεύ-
F δειν· ἡμέρας δὲ καὶ διὰ μέσου τῶν πράξεων, ἐκ τῆς

D. 6. Ἐνετέθη] Equidem corrigo, ἐνομίσθη, vel ἐνομοθετήθη. Mez. ἐν ἔθει.
D. 9. αἰδούμενον—ἐπιθυμίας] αἰδούμενον Anon. Mez. Cetera, ſecutus ſum Baſ. et Xyl. Vulgo, αἷς τὸ μὴ ἐνδιατρίβειν αὖθις ἐκριπτεῖ τὰς ἐπιθυμίας.
E. 4. εἰς τὴν ψυχὴν—ἐπιθυμίαν] Delendum εἰς: tum corrigendum ἐπιθυμίᾳ.

orum præſtantiſſimum numen attribuat. Exiſtimo enim recte voluptati coitus velaminis loco tenebras prætendi: ne ſi luce coëamus, verecundiam ab oculis profligemus, libidinique audaciam paremus, ac memoriam evidentem, quæ inhærens exſuſcitet irritetque cupiditates. Viſus enim omnium quas corpore percipimus affectionum eſt acerrima, ſi Platoni credimus, et quæ propinquis viſis animum vehementer excitet adque novarum voluptatum et recentium imaginationem inſtiget. Nox autem furioſam operi libidinem detrahens, naturam ſubducit atque ſedat, neque patitur viſu ad laſciviam ferri. Sed, ut mittamus hæc, quam tandem habet rationem ita agere, ut a cœna venientes lauti, ac fortaſſe etiam ſerto redimiti et unguento delibuti, uxorem averſantes dormiamus: interdiu autem inter medias actio-

γυναικωνίτιδος τὴν γυναῖκα μεταπέμπεσθαι πρός τι τοιοῦτον· ἢ πρωῒ, δίκην ἀλεκτρυόνος, συμπλέκεσθαι; Τὴν γὰρ ἑσπέραν, ὦ ἑταῖρε, τῶν πόνων ἀνάπαυσιν, τὸν δὲ ὄρθρον, ἀρχήν· καὶ τὴν μὲν ὁ Λύσιος ἐπισκοπεῖ Διόνυσος, μετὰ τῆς Τερψιχόρης καὶ Θαλίας, ὁ δὲ πρὸς τὴν ἐργάνην Ἀθηνᾶν καὶ τὸν ἀγοραῖον Ἑρμῆν ἐπανίστησι. Διὸ τὴν μὲν ᾠδαὶ κατέχουσι καὶ χορεῖαι, καὶ ὑμέναιος,

Κῶμοί τε, εἰλαπίναι, καὶ ἠχήεις θρόος αὐλῶν·

τὸν δὲ, κτύποι ῥαιστήρων, καὶ τετριγμοὶ πριόνων, καὶ τελωνικῶν ἐπορθρισμοὶ κεκραγμῶν, καὶ κηρύγματα καλουμένων 655
ἐπὶ δίκας ἢ θεραπείας τινῶν βασιλέων ἢ ἀρχόντων· ἐν ᾧ καιρῷ φροῦδα τὰ τῆς ἡδονῆς, λήγει δὲ Κύπρις θαλίαι τε νέων,

Οὐδέ τι θύρσος φίλος Βακχείου·

συντείνουσι γὰρ φροντίδες. Ἔπειτα δὲ καὶ ὁ ποιητὴς τῶν ἡρώων οὔτε γαμετῇ τινα μεθ' ἡμέραν, οὔτε παλλακίδι

F. 5. ἀρχήν] Deſideratur ἔχομεν, vel ſimile quid.
A. 5. Οὐδέ τι—Βακχείου] Forte Οὐδ' ἔτι θύρσος Βακχείου φίλος· primum a Mez. notatum: alterum a Salmaſ.

nes e gynæceo uxorem concubitus gratia arceſſamus, aut galli in morem ſub auroram congrediamur? Veſperam enim, mi ſodalis, laborum requiem, diluculum laborum initium novimus: illamque a ſolvendo dictus Lyſius Bacchus regit cum Terpſichora et Thalia: hoc nos ad Opificem Minervam, et Forenſem Mercurium excitat. Itaque veſperam cantus occupant, choreæ, hymenæi,

Comique et cœnæ, et reſonanti fiſtula cantu:

mane audias malleorum ſonitus, et ſtridores ſerrarum, et publicanorum antelucanas vociferationes, ac præconum clamores in judicium vocantium, aut ad navandam regi vel principi operam: quo tempore nullus voluptati eſt locus,

Ceſſatque Cypris et adoleſcentum vigor,

neque Bacchi jam thyrſus aut coronæ uſurpantur, curis ſeſe intendentibus. Porro autem Homerus neminem heroum vel cum uxore vel cum pellice concumbentem fecit: Pari-

συγκατέκλινε, πλὴν ἢ τὸν Πάριν δραπετεύσαντα ποιήσας καταδυόμενον εἰς τοὺς κόλπους τῆς γυναικός· ὡς οὐκ ἀνδρὸς ἀλλὰ μοιχοῦ λυσσῶντος οὖσαν τὴν μεθημερινὴν ἀκρασίαν. Καὶ μὴν οὐδὲ τὸ σῶμα βλάπτοιτ' ἂν ὑπὸ τῆς συνουσίας μᾶλλον, ὡς Ἐπίκουρος οἴεται, μετὰ τὸ
B δεῖπνον, ἄν γε μὴ μεθύων τις ἢ ῥηγνύμενος ὑπὸ πλησμονῆς ἅπτηται βεβαρημένος· ἀμέλει γὰρ οὕτως ἐπισφαλὲς τὸ πρᾶγμα καὶ βλαβερόν. Ἂν δὲ ἱκανῶς ἔχων τις αὑτοῦ, καὶ μετρίως διακεχυμένος, τοῦ τε σώματος αὐτοῦ μαλακοῦ γεγονότος, καὶ τῆς ψυχῆς παρεστώσης, διὰ χρόνου ποιῆται τὴν ἔντευξιν, οὔτε ταραχὴν ἀπεργάζεται μεγάλην διὰ τὸν ὄγκον κατά γε τὴν νύκτα ἡ ψυχὴ, ἢ μετάθεσις ἐξ ἕδρας ἀτόμων, ἥ φησιν Ἐπίκουρος, τὴν αἰτίαν τῆς βλάβης αὐτῇ ἀποδούς· ἑαυτὸν δέ πως ἀποχα-

B. 2. ἅπτηται] Plenius requiritur, ἅπτηται καί.

B. 7. ἡ ψυχὴ, ἢ μετάθεσις] Ut ſenſus appareret, ſcribendum erat, τῇ ψυχῇ ἢ μετάθεσιν. Sed tota hæc lectio ſuſpectæ auctoritatis, quippe nec ſana, et a Stephano prodita repugnantibus noſtris libris: qui omnes ita habent διὰ τὸν ὄγκον * τὰ γένη ψύξις ἢ μετάθεσις: Turnebus explevit, διὰ τὸν ὄγκον κατά γε τὴν νύκτα ἡ ψύξις, atque ita Anon. et Mez. Igitur veriſimilius eſt tale quid ſcriptum fuiſſe ab auctore, διὰ τὸν ὄγκον, οὔτε γέ τινα θλῖψιν ἢ μετάθεσιν.

B. 8. Ἐπίκουρος—ἀναπληρώσει] Sic Steph. item Turnebi auctoritate. Omnes alii libri, Ἐπίκουρος *. ἀποδοὺς ἑαυτὸν δέ πως ἀπογαλ * ἀναπληρώσει. Verti ex mea conjectura: Ἐπίκουρος· ἀλλὰ τὸ οἰκεῖον τῇ φύσει ἀποδοὺς ἑαυτὸν δέ πως ἀπογαληνίσας, ἀναπληρώσει.

dem duntaxat e pugna profugum in gremium ſe abducere Helenæ ſcribit: non mariti, ſed adulteri rabioſi diurnum coitum oſtendens eſſe. Et vero ne corpus quidem potiſſimum poſt cœnam a coitu lædetur, ut viſum Epicuro: niſi quis rem tentet ebrius plane, aut diſtentus: ſic enim dubium non eſt, quin damnoſa ſit res et periculoſa. Si quis autem mediocriter vino ciboque uſus, corpore emollito, animoque ſereno, tempeſtive coeat: neque ob molem magna corpori accidet conturbatio aut refrigeratio, aut e ſuis ſedibus trajectio atomorum, ut ait Epicurus: ſed, ſuum naturæ tribuens, ſe ipſum exhilaratum, implebit

λάσας ἀναπληρώσῃ, νέας ἐπιρροῆς τοῖς κενώμασι γινομένης. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἄξιον εὐλαβείας, τὸ συνεγγὺς ὄντα τῶν πράξεων ἀφροδισίοις χρῆσθαι, μήτε ἄρα μετέωρον τὸ σῶμα καὶ κεκλονημένον αἵ τε τῆς ψυχῆς φροντίδες, αἵ τε περὶ τὰς χρείας πραγματεῖαι καὶ κόποι παραλαβόντες, εὐθὺς ἐκτραχύνωσιν, οὐχ ἱκανὸν ἐν μέσῳ διάλειμμα τῆς φύσεως εἰς ἀνάπαυσιν λαβούσης. Οὐ γὰρ πάντες, ὦ ἑταῖρε, τὴν Ἐπικούρου σχολὴν καὶ ῥᾳστώνην ὑπὸ λόγου καὶ φιλοσοφίας ἄφθονον εἰσαεὶ παρεσκευασμένην ἔχουσι. Πολλοὶ δὲ ἕκαστον ἀγῶνες ἐκδέχονται δι' ἡμέρας, γυμνάσια δὲ ὡς ἔπος εἰπεῖν ἅπασαις· οἷς οὔτε καλὸν, οὔτε σύμφερον, οὕτω διακείμενον τὸ σῶμα παρέχειν λυσσώσῃ συνουσίᾳ. δια * τὸ δὲ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ἔστω μόνον οἷον αὐτὸ μὴ φροντίζειν τῶν καθ' ἡμᾶς·

C. 1. τὸ σύνεγγυς ὄντα τῶν πράξεων] Revocavi ex E. H. Palat. Vatic. Inſigni perturbatione in Aldina E. H. Vatic. Flor. hic poſita ſunt verba ex Proœmio L. IV. Sympoſ. p. 659. F. inde a τῶν πολιτῶν uſque ad finem. Correxit Baſ. et Jannot. ſed ſimul per imprudentiam hanc particulam τ. σ. ὄ. τ. πρ. hinc avulſum illuc transtulerunt: E. H. Vatic. eam tamen hic retinuerunt cum reliquis deinceps Proœmii Libri IV. Venet. conſentit cum Baſ. Xyl. Steph. Recte Palat.

C. 2. μήτε ἄρα] Forte, μήτε ἅμα.

D. 2. δια * μόνον] Lego, διατεταραγμένον. Τὸ δὲ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ἔστω μὲν ἡμῖν οἷον αὐτὸ &c. Mox εἰς θέρος, legendum εἰς θεὰς vel εἰς θεοῦ.

novo affluxu poſt factam evacuationem. Id magis cautionem requirit, ne intenti negotiis, re venerea utamur, ut ne corpus ſublime et conturbatum curæ animi, et occupationes rerum neceſſariarum laboreſque excipientes ſtatim exaſperent, natura non ſatis ad quieſcendum intercapedinis nacta. Non enim omnes, amice, Epicuri otium et animi tranquillitatem philoſophia partam abunde in promtu habent. Multæ quemvis quotidie exercent ærumnæ: quibus neque commodum, neque conveniens eſt ita affectum corpus tradere rabioſo coitui. Numen vero beatum et interitus expers, ſit ejuſmodi, ut nullam noſtri curam ſuſcipiat, Nobis autem,

ἡμῖν δὲ τῷ νόμῳ πόλεως εὖ ἑπομένοις, ἐξευλαβητέον ἐστὶν εἰς ἱερὸς ἐμβαλεῖν καὶ κατάρχεσθαι θυσιῶν, ὀλίγον ἔμπροσθεν διαπεπραγμένοις τι τοιοῦτον. Ὅθεν εὖ ἔχει τὸ τὴν νύκτα καὶ τὸν ὕπνον ἐν μέσῳ θεμένους, καὶ ποιήσαντας ἱκανὸν διάλειμμα καὶ διάστημα, καθαροὺς αὖθις ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ νέα ἐφ' ἡμέρῃ φρονέοντας, κατὰ Δημόκριτον, ἀνίστασθαι.

ſi leges civitatis recte colimus, cavendum eſt ne ad templa et ſacrificia accedamus paulo ante venerea re uſi. Itaque expedit nocte et ſomno interjecto, juſtoque intervallo adhibito, mundos rurſum quaſi deintegro, et ad novum diem nova cogitantes, ut ait Democritus, ſurgere.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ζ'. E

Διὰ τί γλεῦκος ἥκιστα μεθύσκει.

QUÆSTIO VII.

Cur muſtum minime inebriet.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ Ὁ ΠΑΤΗΡ. ἉΓΙΑΣ. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ. ΑΛΛΟΙ ΝΕΑΝΙΣΚΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. PATER EJUS. HAGIAS. ARISTÆNETUS. ADOLESCENTULI ALII.

α'. ΤΟΥ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται, Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες· καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὔχοντο, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πιεῖν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι. Παρ' ἡμῖν δὲ ὁ μὲν μὴν καλεῖται Προστατήριος· ἕκτῃ δ' ἱσταμένου νομίζεται θύσαν-

E. 11. μηνὸς] Ἀνθεστηριῶνος vel excidit, vel abſumtum eſt ab antecedente et ſequente voce.

I. ATHENIS undecima die menſis Antheſterionis primitias novi vini delibant, diemque illum a doliis reſerandis Pithœgiam vocant: utque apparet, antiquitus de vino antequam guſtarent libantes, vota faciebant, ut ſibi uſus ejus medicamenti ſalutaris innoxiusque foret. Apud nos menſis Proſtaterius dicitur, (quaſi Patronalis): ſextaque ejus die

ται ἀγαθῷ δαίμονι γεύεσθαι τοῦ οἴνου μετὰ ζέφυρον· οὗτος γὰρ μάλιστα τῶν ἀνέμων ἐξίστησι καὶ κινεῖ τὸν οἶνον· καὶ
F ὁ τοῦτον διαφυγὼν, ἤδη δοκεῖ παραμένειν βεβαίως. Ἔθυσεν οὖν ὁ πατὴρ, ὥσπερ εἰώθει, τὴν θυσίαν· καὶ μετὰ τοῦ δείπνου ἐπαινουμένου τοῦ οἴνου τοῖς φιλοσοφοῦσι μειρακίοις μεθ' ἡμῶν, προὔβαλε ζητεῖν λόγον, ὡς τὸ γλεῦκος ἥκιστα μεθύσκει. Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς παράδοξον ἐφάνη καὶ ἄπιστον· ὁ δὲ Ἁγίας ἔφη, Τὸ γλυκὺ πανταχοῦ προσίστασθαι, καὶ πλήσμιον εἶναι· διὸ καὶ γλεῦκος οὐκ ἄν τινα πιεῖν ῥᾳδίως ὅσον εἰς μέθην ἱκανόν ἐστιν, ἀπαγορεύειν γὰρ ἀηδίᾳ τὴν ὄρεξιν, ἄχρι τοῦ μὴ διψῆν προσελθοῦσαν· ὅτι δὲ τοῦ γλυκέος διαφέρει τὸ ἡδὺ, καὶ τὸν ποιητὴν ἐπιστάμενον, λέγειν,

656 Τυρῷ καὶ μέλιτι γλυκερῷ, καὶ ἡδέϊ οἴνῳ.

τὸν γὰρ οἶνον ἐν ἀρχῇ μὲν εἶναι γλυκὺν, γίνεσθαι δὲ ἡδὺν ὅταν εἰς τὸ αὐστηρὸν τῇ πέψει μεταβάλλῃ παλαιούμενος.

ſtatutum eſt ſacris Bono Genio factis guſtare vinum poſt flatum Favonii: is enim ventus omnium maxime vinum movet ac mutat: et quod vinum hunc ſubterfugit, id jam videtur perduraturum. Cum de more pater ſacrificaſſet, vinumque a cœna laudaretur, adoleſcentibus qui una nobiſcum philoſophiæ operam navabant, quæſtionem proponebat pater, cur muſtum minime inebriaret. Id pleriſque videbatur incredibile et rationi adverſum. Hagias autem dicebat, Dulcia uſquequaque offendere et ſatietatem inducere: itaque neminem facile tantum muſti poturum, quantum ad ebrietatem ſufficeret: ſiti nimirum ſedata appetitionem ob inſuavitatem ceſſare. A dulci autem diverſum eſſe ſuavem ſaporem, etiam Homero notum fuiſſe, qui dixerit,

Caſeus, et mel dulce, ſuavis ſtillaque vini.

Vinum enim cum ab initio ſit dulce, ſuave temporis ſucceſſu fieri, quando concoctione ſapor ejus in auſterum mutatur, ipſumque veteraſcit.

β΄. Ἀρισταίνετος δὲ ὁ Νικαεύς, Ἐν τισιν ἐνίοις γράμμασιν ἀνεγνωκώς, ἔφη, μνημονεύειν ὅτι γλυκὺς μιχθεὶς οἴνῳ παύει μέθην· τῶν δὲ ἰατρῶν τινας λέγει τοὺς πλέον πιόντας κελεύειν, εἶτα ὅταν μέλλωσι καθεύδειν, ἄρτον εἰς μέλι καταβάψαντας ἐμφαγεῖν. Εἴτι οὖν αἱ γλυκύτητες ἀμβλύνουσιν ἄκρατον, εἰκότως ὁ νέος οἶνος οὐ μεθύσκει πρὶν ἂν ἡ γλυκύτης μεταβάλῃ.

γ΄. Σφόδρα οὖν ἀπεδεξάμεθα τὴν εὑρησιλογίαν τῶν B
νεανίσκων, ὅτι τοῖς ἐμποδὼν οὐκ ἐπιπεσόντες, ἰδίαν ηὐπόρησαν ἐπιχειρημάτων. Ἐπεὶ τά γε πρόχειρα, καὶ ῥᾴδια λαβεῖν, ἤτε βαρύτης ἐστὶ τοῦ γλεύκους, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, ἡ διακόπτουσα τὴν κοιλίαν, καὶ τὸ πολὺ συμμένειν πνευματῶδες καὶ ὑδατῶδες· ὧν τὸ μὲν εὐθὺς ἐκπίπτει βιαζόμενον, τὸ δὲ πέφυκε τὸ ὑδατῶ-

A. 5. ἐνίοις—γλυκὺς] Forte ἔναγχος—γλεῦκος. Prius habet Anon. T. V. poſterius Amiot. Item Anon. et T. γλυκὺ μιχθὲν—.
A. 8. κελεύειν] Addendum ἐμεῖν, ex Macrob. Sat. VII, 7.
B. 7. τὸ δὲ πέφυκε—ἐκκρινομένου] ποιεῖν ſumſi ex Baſ. Xyl. Palat. Vat. pro vulgato ποιεῖ. Cætera ſunt a Stephano niſi quod rectius interpungendo diſtinxi. Nam omnes alii libri ita habent inde a παλαίωσις ἐπὶ τὰ * ἐκκρινομένου. Igitur potius ſic legam, τὸ δὲ ὑδατῶδες πέφυκε ἀμβλύτερον ποιεῖν τὸν οἶνον· παλαίωσις δὲ ἐπίτασιν ἐμποιεῖ ἐκκρινομένου—.

II. Ariſtænetus vero Nicæus in quibuſdam ſe libris legiſſe ait, idque memoria recolere, Dulcia vino admixta reprimere ebrietatem: et medicorum nonnullos præcipere ebriis, ut dormituri panem melli intinctum edant. Si quid ergo dulcis ſapor facit ad retundendam meri vim, par eſt muſtum nondum mutata dulcedine non inebriare.

III. Hic nos valde ſumus adoleſcentulorum admirati in argumentorum inventione acumen, quod obvia non arripientes, de ſuo quæ promerent habuere. Nam quæ omnibus ſunt expoſita, et facile apprehenduntur, aut gravitas eſt muſti, ut ait Ariſtoteles, penetrans ventrem: aut quia in muſto reliquum eſt multum aërei, multum aquoſi: quorum illud ſtatim vi facto exitu abit, hoc meraciores

δες, ἀμβλύτερον ποιεῖν τὸν οἶνον· παλαίωσις, καὶ ἐπίτασιν λαμβάνει, ἐκκρινομένου τοῦ ὑδατώδους· καὶ γίνεται μέτρῳ μὲν ἐλάττων ὁ οἶνος, δυνάμει δὲ σφοδρότερος.

partes facit languidiores: inveteratio intentionem adfert, excreto aquoſo: fitque vinum ſic minus ad menſuram, vi autem validius.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Η'. C

Διὰ τί τῶν ἀκροθωράκων λεγομένων οἱ σφόδρα μεθύοντες ἧττον παρακινητικοί εἰσιν.

QUÆSTIO VIII.

Cur acrothoraces (id eſt ſemiebrii,) magis motibus citantur abſurdis, quam admodum ebrii.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. Ὁ ΠΑΤΗΡ ΑΥΤΟΥ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. PATER EJUS.

ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΣ. ΤΥΝΔΑΡΗΣ. ΦΛΩΡΟΣ. ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

DIOGENIANUS. TYNDARES. FLORUS. AUTOBULUS.

c α΄. ἘΚ δὲ τούτου γενομένης σιωπῆς, πάλιν ὁ Διογενιανὸς ἀρξάμενος, Βούλεσθε, εἶπεν, ἐπεὶ λόγοι περὶ θεῶν γεγόνασιν, ἐν τοῖς Πλάτωνος γενεθλίοις αὐτὸν Πλάτωνα κοινωνὸν παραλάβωμεν, ἐπισκεψάμενοι τίνα λαβὼν γνώμην ἀπεφήνατο γεωμετρεῖν τὸν θεόν; εἴ γε δὴ θετέον εἶναι τὴν ἀπόφασιν ταύτην Πλάτωνος. Ἐμοῦ δὲ, Ταῦτα, εἰπόντος, ὡς γέγραπται μὲν ἐν οὐδενὶ σα-

C. 6. ἀπόφασιν] Leunic. ἀπόφανσιν, forte rectius. Modo ante γεωμετρεῖν Mez. ſupplet ἀεί.

C 7. Ταῦτα, εἰπόντος] Mez. recte reponit ταῦτα poſt ὡς.

I. SECUNDUM hæc facto ſilentio, Diogenianus denuo ſic eſt orſus: Quandoquidem de diis facta eſt mentio, lubetne ipſum in ſuis natalitiis Platonem conſortem adhibere, et conſiderare quonam conſilio pronunciaverit *deum ſemper Geometriam exercere?* ſi quidem hoc dictum eſt Platonis. Ego cum ſubjeciſſem, Non eſſe hoc diſerte

φῶς τῶν ἐκείνου βιβλίων, ἔχει δὲ πίστιν ἱκανὴν, καὶ τοῦ Πλατωνικοῦ χαρακτῆρός ἐστιν· εὐθὺς ὑπολαβὼν ὁ Τυνδάρης, Οἴει γὰρ, εἶπεν, ὦ Διογενιανὲ, τῶν περιττῶν D τι καὶ δυσθεωρήτων αἰνίττεσθαι τὸν λόγον, οὐχ ὅπερ αὐτὸς εἴρηκε καὶ γέγραφε πολλάκις, ὑμνῶν γεωμετρίαν, ὡς ἀποσπῶσαν προσισχομένους τῇ αἰσθήσει, καὶ ἀποστρέφουσαν ἐπὶ τὴν νοητὴν καὶ ἀΐδιον φύσιν, ἧς θέα, τέλος ἐστὶ φιλοσοφίας, οἷον ἐποπτεία τελετῆς. Ὁ γὰρ ἡδονῆς καὶ ἀλγηδόνος ἧλος ὃς πρὸς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν προσηλοῖ, μέγιστον κακὸν ἔχειν ἔοικε, τὸ τὰ αἰσθητὰ ποιεῖν ἐναργέστερα τῶν νοητῶν, καὶ καταβιάζεσθαι, καὶ πάθει μᾶλλον ἢ λόγῳ κρίνειν τὴν διάνοιαν· ἐθιζομένη γὰρ ὑπὸ τοῦ σφόδρα πονεῖν καὶ ἥδεσθαι τῷ περὶ τὰ σώματα E πλανητῷ καὶ μεταβλητῷ προσέχειν ὡς ὄντι, τοῦ ἀληθῶς ὄντος τυφλοῦται, καὶ τὸ μυρίων ἀντάξιον ὀμμάτων

D. 4. προσισχομένους] Sic Anon. T. V. Vulgo, προϊσχομένους.
E. 3. ὀμμάτων] Sic ex Platone et V. reſtitutum, ut conjecerunt Xyl. et Mez.

in ullo ipſius libro ſcriptum, tamen ſatis habere fidei et Platonicæ eſſe formæ: ſtatim excipiens ſermonem Tyndares, Exiſtimaſne, inquit, Diogeniane, ſubtile obſcurumque aliquid per ambages hac oratione ſignificari? non idipſum, quod tam ſæpe idem dixit ſcripſitque laudans geometriam, ea nos a ſenſibus quibus attenti ſumus avelli, et averti ad naturæ ſola mente percipiendæ atque ſempiternæ contemplationem, quæ contemplatio finis eſt philoſophiæ, non ſecus quam inſpectio arcanorum ſacrorum finis eſt initiationis. Nam voluptatis et doloris ille clavus, quo animus corpori adfigitur, id videtur maximum habere malum, quod ſenſilia facit intelligibilibus evidentiora, vimque facit intellectui, ut adfectionem magis quam rationem in judicando ſequatur. Adſueſcens enim ob vehementiam dolorum et voluptatum intentus eſſe vagis et mutabilibus corporis accidentibus tanquam ei quod ſit, excæcatur, ut cernere id quod revera eſt non poſſit, inſtrumentumque animi et lu-

ὄργανον ψυχῆς καὶ φέγγος ἀπόλλυσιν, ᾧ μόνῳ θεατόν ἐστι τὸ θεῖον. Πᾶσι μὲν οὖν τοῖς καλουμένοις μαθήμασιν, ὥσπερ ἀστραβέσι καὶ λείοις κατόπτροις, ἐμφαίνεται τῆς τῶν νοητῶν ἀληθείας ἴχνη καὶ εἴδωλα· μάλιστα δὲ γεωμετρία, κατὰ τὸν Φίλωνα, ἀρχὴ καὶ μητρόπολις οὖσα τῶν ἄλλων, ἐπανάγει καὶ στρέφει τὴν διάνοιαν, οἷον ἐκκαθαιρομένην καὶ ἀπολυομένην ἀτρέμα τῆς αἰσθήσεως. Διὸ καὶ Πλάτων αὐτὸς ἐμέμψατο τοὺς περὶ Εὔδοξον καὶ Ἀρχύταν καὶ Μέναιχμον εἰς ὀργανικὰς καὶ μηχανικὰς κατασκευὰς τὸν τοῦ στερεοῦ διπλασιασμὸν ἀπάγειν ἐπιχειροῦντας, ὥσπερ πειρωμένους διὰ λόγου δύο μέσας ἀνάλογον μὴ παρείκοι λαβεῖν, ἀπόλλυσθαι γὰρ οὕτω καὶ διαφθείρεσθαι τὸ γεωμετρίας ἀγαθὸν αὖθις ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ παλινδρομούσης, καὶ μὴ φερομένης ἄνω, μηδὲ ἀντιλαμβανομένης τῶν ἀϊ-

Omnes ante Steph. editi et ſcripti libri ὀνομάτων unde Leonic. Schott. σωμάτων: quod Steph. dedit.

E. 7. ἴχνη] Sic Palat. Vulgo, καὶ ἴχνη.

F. 3. ὥσπερ—λαβεῖν] Ita quidem omnes libri: niſi quod loco ὥσπερ habent ὅπερ Ald. Baſ. Xyl. Palat. Vatic. Equidem putem notulam eſſe quondam a librario vel libri domino in margine ſcriptam, poſtea temere deſcribendo in Plutarcheum opus illatam, eamque corruptam.

men innumeris præſtantius oculis amittit, quo ſolo divina natura conſpicitur. Jam cum in omnibus mathematis, tanquam planis et lævibus ſpeculis, intelligibilium veritatis veſtigia et imagines appareant: maxime Geometria, quam Philo reliquorum principem et metropolin vocat, excitat, et convertit intellectum veluti repurgatum, et paulatim a ſenſu liberatum. Quamobrem Plato ipſe reprehendit Eudoxum, Archytam, et Menæchmum, qui cubi duplicationem aggrederentur in inſtrumenta et mechanica opera conjicere, [tentarentque hoc modo duas lineas medio loco datis duabus proportionales invenire] hoc enim pacto aiebat corrumpi et perdi geometriæ bonum, rurſum ad ſenſilia refugientis, neque ſurſum ſe efferentis, neque apprehendentis æternas et

δίων καὶ ἀσωμάτων εἰκόνων, πρὸς οἵσπερ ὢν ὁ θεὸς, ἀεὶ θεός ἐστι.

β'. Μετὰ δὲ τὸν Τυνδάρην ὁ Φλῶρος, ἑταῖρος ὢν αὐτοῦ, καὶ προσποιούμενος ἀεὶ μετὰ παιδιᾶς ἐραστὴς εἶναι, καὶ 719 φάσκων, Ὤνησας, ἔφη, τὸν λόγον οὐ σεαυτοῦ ποιησάμενος, ἀλλὰ κοινόν· ἐλέγξαι γὰρ ἔδωκας αὐτὸν ἀποδεικνύοντα μὴ θεοῖς οὖσαν ἀλλ' ἡμῖν ἀναγκαίαν τὴν γεωμετρίαν· οὐ γάρ τι που καὶ θεὸς δεῖται μαθήματος, οἷον ὀργάνου στρέφοντος ἀπὸ τῶν γεννητῶν, καὶ περιάγοντος ἐπὶ τὰ ὄντα τὴν διάνοιαν· ἐν αὐτῷ γάρ ἐστιν ἐκείνῳ, καὶ σὺν αὐτῷ, καὶ περὶ αὐτόν. Ἀλλ' ὅρα μή τι σοι προσῆκον ὁ Πλάτων καὶ οἰκεῖον αἰνιττόμενος λέληθεν, ἅτε δὴ τῷ Σωκράτει τὸν Λυκοῦργον ἀναμιγνὺς οὐχ ἧττον ἢ τὸν Πυθαγόραν B ᾤετο Δικαίαρχος. Ὁ γὰρ Λυκοῦργος οἶσθα δήπουθεν ὅτι τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν, ὡς δημοκρατικὴν καὶ ὀχλικὴν οὖσαν, ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος· ἐπεισήγαγε δὲ

A. 3. ἀποδεικνύοντα] Forte, ἀποδεικνύοντι.
A. 7. ἐκείνῳ—αὐτόν] Legendum videtur vel ἐκείνοις cum V, vel αὐτά.

corporis expertes imagines: quibus deditus deus, ſemper deus eſt.

II. Poſt Tyndarem Florus ſocius ejus, et qui ſemper per jocum ſimularet diceretque amatorem ſe ejus eſſe, Bene abs te factum eſt, inquit, qui orationem non tuam feceris, ſed in medium propoſueris, refellendam ei qui velit oſtendere, Platonem demonſtrare non diis, ſed nobis neceſſarium eſſe Geometriæ uſum. Non enim profecto etiam deo opus eſt Mathemate, tanquam inſtrumento, quod a rebus natis ad æternas ejus traducat intellectum: quum ea in ipſo, cum ipſo, et circa ipſum ſint. Verum hoc vide, an non te fefellerit, Platonem aliquid conveniens et domeſticum hoc involucro ſignificare voluiſſe: quippe Socrati non minus Lycurgum quam, quod putavit Dicæarchus, Pythagoram adjungens. Nam Lycurgus, quod noſti, arithmeticam proportionem, ut popularem et

τὴν γεωμετρικήν, ὀλιγαρχίᾳ σώφρονι καὶ βασιλείᾳ νομίμῃ πρέπουσαν· ἡ μὲν γὰρ ἀριθμῷ τὸ ἴσον, ἡ δὲ λόγῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμει· καὶ οὐ πάντα ὁμοῦ μίγνυσιν, ἀλλ' ἔστι χρηστῶν καὶ πονηρῶν εὔσημος ἐν αὐτῷ διάκρισις, οὐ ζυγοῖς, οὐδὲ κλήροις, ἀρετῆς δὲ καὶ κακίας διαφορᾷ τὸ οἰκεῖον ἀεὶ διαλαγχανόντων. Ταύτην ὁ θεὸς ἐπάγει τὴν ἀναλογίαν τοῖς πράγμασι, δίκην καὶ νέμεσιν, ὦ φίλε
C Τυνδάρη, προσαγορευομένην, καὶ διδάσκουσαν ἡμᾶς τὸ δίκαιον ἴσον, ἀλλὰ μὴ τὸ ἴσον δεῖν ποιεῖσθαι δίκαιον· ἣν γὰρ οἱ πολλοὶ διώκουσιν ἰσότητα, πασῶν ἀδικιῶν οὖσαν μεγίστην, ὁ θεὸς ἐξαίρων, ὡς ἀνυστόν ἐστι, τὸ κατ' ἀξίαν διαφυλάττει, γεωμετρικῶς τῷ κατὰ λόγον καὶ κατὰ νόμον ὁριζόμενος.

γ'. Ταῦτα ἡμεῖς ἐπῃνοῦμεν. Ὁ δὲ Τυνδάρης φθονεῖν ἔφασκε, καὶ παρεκάλει τὸν Αὐτόβουλον ἅψασθαι Φλώρου, καὶ κολάσαι τὸν λόγον· ὁ δὲ τοῦτο μὲν ἀπεῖπεν,

B. 8. ἐν αὐτῷ] Immo, ἐν αὐτῇ, ut Mez.
C. 5. καὶ κατὰ νόμον] Forte, τὸ κατὰ νόμον.

turbæ aptam, Lacedæmone ejecit: geometricam, ut quæ paucorum modeſto imperio et legitimo regno conveniret, introduxit. Quippe illa numero æquale omnibus tribuit, hæc ratione cuique id, quod meretur: neque omnia confundit, ſed habet notabile bonorum et malorum diſcrimen, non qui ſorte aut libra, ſed diſcrimine virtutis et vitii ſuum quiſque adipiſcerentur. Hanc deus proportionem rebus immittit, quæ, mi Tyndares, Juſtitia et Nemeſis appellatur, ac nos docet juſtum pro æquali, non æquale pro juſto ducere. Quam enim plerique ſectantur æqualitatem, omnium injuſtitiarum maximam, eam deus tollens, quantum omnino fieri poteſt ſuum cuique pro eo atque dignus eſt conſervat, geometrice id ratione ac lege definiens.

III. Cum nos hæc laudaviſſemus, Tyndares invidere ſe dixit, Autobulumque hortatus eſt ut Florum refelleret, Id hic renuit, ſed peculiarem quandam protulit ſententiam.

ἰδίαν δέ τινα δόξαν ἀντιπαρήγαγεν· ἔφη γάρ, Οὐ τόπων
γεωμετρίαν ἢ ἄλλου τινὸς ἢ τῶν περὶ τὰ πέρατα συμπτω-
μάτων καὶ παθῶν εἶναι θεωρητικήν, οὔτε θεὸν ἑτέρῳ τινὶ τρόπῳ D
κοσμοποιεῖν ἢ περατοῦντα τὴν ὕλην ἄπειρον οὖσαν, οὐ με-
γέθει καὶ πλήθει, διὰ δὲ ἀταξίαν καὶ πλημμέλειαν αὐτῆς
τὸ ἀόριστον καὶ ἀπεράτωτον, ἄπειρον εἰωθότων καλεῖν τῶν
παλαιῶν. Καὶ γὰρ ἡ μορφὴ καὶ τὸ σχῆμα πέρας ἐστὶ τοῦ
μεμορφωμένου καὶ ἐσχηματισμένου παντός, ὧν στερήσει καθ'
αὐτὴν ἄμορφος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος· ἀριθμῶν δὲ καὶ λόγων
ἐγγινομένων, οἷον δεθεῖσα καὶ περιληφθεῖσα γραμμαῖς, ἐκ
δὲ τῶν γραμμῶν ἐπιπέδοις καὶ βάθεσιν, εἴδη τὰ πρῶτα
καὶ διαφορὰς σωμάτων, ὥσπερ θεμελίων, παρέσχε πρὸς E
γένεσιν ἀέρος καὶ γῆς, ὕδατός τε καὶ πυρός. Ὀκταέδρων
γὰρ καὶ εἰκοσαέδρων, ἔτι δὲ πυραμίδων καὶ κύβων, ἰσό-
τητας ἐν πλευραῖς, καὶ ὁμοιότητας ἐν γωνίαις, καὶ ἁρμο-
νίας ἀναγαγεῖν, ἐξ ὕλης ἀτάκτου καὶ πλανητῆς, ἄνευ τοῦ

C. 10. Οὐ τόπων γεωμετρίαν] Variant libri: forte legendum Οὔτε τὴν γεωμετρίαν ἄλλου τινὸς ἢ—. Atque ita conjecit Xyl.

Neque Geometria, aiebat, ullam rem aliam, quam extremitatum accidentia conſiderat: neque deus alio modo condit mundum, quam dum materiam definit, ex ſe infinitam, non hoc ob magnitudinem aut multitudinem: ſed quia incompoſita et imperfecta eſt, antiqui ſolebant eam infinitam et extremis carentem nominare. Etenim forma et figura, omnis rei formatæ et figuratæ finis ſunt ſive terminus: quorum privatione materia ſuapte natura informis erat et infigurata: numeris et proportionibus in eam inſertis tanquam devincta et circumſtricta lineis, et per lineas ſuperficiebus ac craſſitiebus, primas formas et diſcrimina corporum tanquam fundamentorum exhibuit, ad gignenda aërem, terram, aquam, et ignem. Octo enim baſes, itemque viginti habentium corporum, tum cuborum et metarum æqualitates in lateribus, ſimilitudines in angulis, atque concinnitates edi ex materia incompoſita atque vaga ſine

τοῦ περιορίζοντος καὶ διαρθροῦντος ἕκαστα γεωμετρικῶς,
ἄπορον ἦν καὶ ἀδύνατον. Ὅθεν ἀπείρῳ πέρατος ἐγγενομένου,
τὸ Πᾶν ἡρμοσμένον καὶ κεκραμένον ἄριστα καὶ πεπερασ-
μένον γέγονέ τε καὶ γίνεται· τῆς μὲν ὕλης ἀεὶ βιαζο-
μένης εἰς τὸ ἀόριστον ἀναδῦναι, καὶ φευγούσης τὸ γεωμετρεῖσ-
F θαι· τοῦ δὲ λόγου καταλαμβάνοντος αὐτὴν καὶ περιγρά-
φοντος, καὶ διανέμοντος εἰς ἰδέας καὶ διαφοράς, ἐξ ὧν
τὰ φυόμενα πάντα τὴν γένεσιν ἔσχε καὶ σύστασιν.

δ'. Ἐπὶ τούτοις ῥηθεῖσιν ἠξίου καὶ ἐμὲ συμβαλέσθαι
τι πρὸς τὸν λόγον αὐτοῖς. Ἐγὼ δὲ τὰς μὲν εἰρημένας
δόξας, ὡς ἰθαγενεῖς, καὶ ἰδίους αὐτῶν ἐκείνων ἐπῄνεσα, καὶ
τὸ εἰκὸς, ἔφην, ἔχειν ἱκανῶς. Ὅπως δὲ, εἶπον, ἑαυτῶν
μὴ καταφρονῆτε, μηδ' ἔξω βλέπητε παντάπασιν, ἀκού-
σατε τὸν μάλιστα παρὰ τοῖς καθηγηταῖς ἡμῶν εὐδοκι-
720 μοῦντα περὶ τούτου λόγον. Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς γεωμετρικω-
τάτοις θεωρήμασι, μᾶλλον δὲ προβλήμασι, τὸ, δυεῖν εἰ-

E. 8. τὸ Πᾶν] Sic Xyl. Baſ. Venet. Palat. Vatic. Mez. Vulgo, τὸν πᾶν.
F. 4. ἠξίου] Mez. ἠξίουν.
F. 6. ἰδίους] Palat. ἰδίας.

eo qui determinaret atque diſponeret geometrice, nullo modo potuerunt. Itaque cum infinito terminus eſſet impoſitus, Univerſum concinnatum ac contemperatum optime atque definitum factum eſt; et omnia fiunt, materia ſemper vi ad infinitatem tendente et geometricam ſubterfugiente ſui tractationem: Ratione autem eam comprehendente ac circumſcribente, et diſtribuente in formas et diſcrimina, unde omnia quæ naſcuntur ortum ſtatumque ſuum habent.

IV. His dictis petebat, ut ipſe quoque aliquid in medium conferrem. Ego autem collaudatis eorum ſententiis ut propriis ac domi natis, et ſatis probabiliter propoſitis, Tamen, inquam, ne earum vos pœniteat, neque omnino alio reſpiciatis, audite rationem quæ hac de re apud doctores noſtros maxime probata eſt. Inter maxime geometrica theoremata, aut potius proble-

καὶ ἀριθμῷ τὴν φύσιν· ἕν τι ποιῶν ἐκ πάντων ὁμοῦ τῶν ὑποκειμένων, οἷον ἰδέα καὶ ὅσον ἡ ὕλη γενόμενον. Διὸ τοῦτο πρόβλημα δοῦσα αὐτῷ, δυεῖν ὄντων, τρίτον ἐποίησε καὶ ποιεῖ, καὶ φυλάττει διαπαντὸς τὸ ἴσον τῇ ὕλῃ, καὶ ὅμοιον τῇ ἰδέᾳ τὸν κόσμον· ἀεὶ γὰρ ὢν διὰ τὴν σύμφυτον ἀνάγκην τοῦ σώματος, ἐν γενέσει καὶ μετατρο-
C πῇ καὶ πάθεσι παντοδαποῖς, ὑπὸ τοῦ πατρὸς καὶ δημιουργοῦ βοηθεῖται τῷ λόγῳ πρὸς τὸ παράδειγμα τὴν οὐσίαν ὁρίζοντος· ἢ καὶ κάλλιον τοῦ συμμέτρου τὸ περίμετρον τῶν ὄντων.

B. 9. δοῦσα αὐτῷ] Forte, λύσας αὐτός.
B. 10. τὸ ἴσον] τὸ delendum cum Mez.
C. 2. βοηθεῖται] Sic Palat. Vatic. Venet. H. Mez. Vulgo, βοηθεῖσθαι.
C. 3. ἢ καὶ] Sic Anon. T. V. Mez. Vulgo, ἡ καί. Sententiam in Verſione expreſſi: quamquam ad nexum quid deeſſe videtur.

ſecundum naturam: fecitque ex omnibus ſubjectis unam rem, magnitudine materiæ parem, forma ideæ ſimilem. Itaque iſtud problema ſequens, cum duo eſſent, tertium fecit, facit, conſervatque perpetuo mundum materiæ æqualem, ideæ ſimilem. Et cum hic ob innatam corporis neceſſitatem nunquam non ortibus, mutationibus, omniſque generis affectionibus ſit obnoxius; a patre et opifice ei ſuccurritur, qui proportione ad exemplar ſubſtantiam definit. Unde etiam pulchrius id quod rerum menſuram complectitur, quam id quod eam æquat.

νὴν τῶν ἔνδον ἔξω φερομένην εἰς ἀέρα πολὺν καὶ ἀνα-
πεπταμένον εὐθὺς ἐξαμαυροῦσθαι καὶ διασπείρεσθαι· τὴν
δὲ ἔξωθεν εἴσω κατιοῦσαν, οὐδὲν τοιοῦτο πάσχειν, ἀλλὰ
E συνέχεσθαι καὶ διαμένειν εὔσημον. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον
λόγου δεῖσθαι, τὸ νυκτὸς ἠχωδεστέρας εἶναι τὰς φωνάς, καὶ
πρὸς τῷ μεγέθει τὴν τρανότητα καθαρῶς συνδιαφυ-
λάττειν. Ἐμοὶ μὲν οὖν, εἶπεν, οὐ φαύλως ἡ πρόνοια
δοκεῖ μεμηχανῆσθαι τῇ ἀκοῇ σαφήνειαν, ὅτε τῆς ὄψεως
οὐδὲν ἢ κομιδῇ τι μικρὸν ἔργον ἐστί· σκοτεινὸς γὰρ ὢν
ὁ ἀὴρ κατ᾽ Ἐμπεδοκλέα,

Νυκτὸς ἐρημαίης ἀγλαώπιδος——

ὅσον τῶν ὀμμάτων ἀφαιρεῖται τοῦ προσαισθάνεσθαι, διὰ
τῶν ὤτων ἀποδίδωσιν. Ἐπεὶ δὲ δεῖ καὶ τὰ δι᾽ ἀνάγκης
φύσει περαινόμενα τῶν αἰτίων ἀνευρίσκειν, καὶ τοῦτο τοῦ
φυσικοῦ ἴδιόν ἐστιν, ἡ πρὸς τὰς ὑλικὰς καὶ ὀργανικὰς ἀρ-
F χὰς πραγματεία· τίς ἄν, ἔφη, πρῶτος ἡμῶν εὐπορήσειε
λόγου τὸ πιθανὸν ἔχοντος;

E. 11. ἡ πρὸς τάς] Palat. ἡ περὶ τάς.
F. 1. ἡμῶν] Mez. ὑμῶν item vertit Xyl.

ras in aërem copioſum atque apertum elatam ſtatim diſſipari et evaneſcere: eorum qui foris ſunt intro accidentem nihil tale pati, ſed contineri atque permanere notabilem. Id vero, aiebat, magis rationem exigit, cur noctu voces magis ſint ſonoræ, et ſimul cum magnitudine claritatem pure conſervent. Mihi quidem videtur Providentia non inepte hoc machinata ut tum auditus clare ſonos percipiat, quando viſus aut nullum aut perexiguum uſum habet. Cum enim aër ſit tenebroſus

Deſertæ noctis, cæcæque——

ut ait Empedocles, quantum videndi ſenſus amittit, tantum auditui redditur. Sed quoniam etiam eorum quæ naturæ neceſſitate eveniunt cauſſæ inquirendæ ſunt, et materialium inſtrumentaliumque cauſſarum tractatio propria phyſici eſt: quiſnam veſtrum probabilem primus rationem invenerit?

β΄. Ἡσυχίας δὲ γενομένης, Βόηθος ἔφη, νέος μὲν ὢν ἔτι καὶ σοφιστεύων ἀπὸ γεωμετρίας αἰτήμασι χρῆσθαι, καὶ λαμβάνειν ἀναποδείκτους ὑποθέσεις, νῦν δὲ χρήσασθαί τισι τῶν προαποδεδειγμένων ὑπὸ Ἐπικούρου. Φέρεται τὰ ὄντα ἐν τῷ μὴ ὄντι· πολὺ γὰρ κενὸν διέσπαρται καὶ μέμικται ταῖς τοῦ ἀέρος ἀτόμοις· ὅταν μὲν οὖν ᾖ διακεχυμένος, καὶ πλάτος ἔχων, καὶ περιδρομὴν ὑπὸ μανότητος, μακρὰ καὶ λεπτὰ τὰ μεταξὺ τῶν μορίων κενὰ λείπεται, καὶ πολλὴν αἱ ἄτομοι ἐγκατεσ- 711
παρμένην χώραν ἐπέχουσιν· ὅταν δὲ συσταλῇ καὶ πίλησις εἰς ὀλίγον αὐτῶν γένηται καὶ συμπέσωσιν ἀποβιασθεῖσαι πρὸς ἀλλήλας, πολλὴν εὐρυχωρίαν ἔξω καὶ διασπάσεις μεγάλας ποιοῦσι· τοῦτο δὲ γίνεται νυκτὸς ὑπὸ ψυχρότητος· ἡ γὰρ θερμότης χαλᾷ καὶ διΐστησι καὶ λύει τὰς πυκνώσεις· διὸ πλείονα τόπον τὰ ζέοντα καὶ μα-

F. 4. ἀπὸ γεωμετρίας] Mez. τοῖς ἀπὸ γεωμετρίας.
F. 5. χρήσασθαι] Forte, χρήσεσθαι, ut Reiſk.
A. 1. πολλὴν αἱ ἄτομοι ἐγκατεσπαρμένην] Ita Palat. niſi quod ſine ἐγ. habet ultimam vocem: item Anon. T. V. niſi quod αἱ deeſt. Vulgo, πολὺν * κατεσπαρμένην. Sed vel ſic vitium reſidet in antecedentibus forte ita corrigendum, ὑπὸ μανότητος μακρὰ καὶ πλατέα τὰ μεταξὺ τ. μ.
A. 2. συσταλῇ] Mez. συστολή. Mox διαστάσεις malim pro διασπάσεις.

II. Facto ſilentio, Boëthus, Cum eſſem, inquit, etiamnum adoleſcens, doctrinarum inſtitutionem factitans, poſtulatis utebar e Geometria deſumtis, et ea ponebam, quæ demonſtratione carerent: nunc utar quibuſdam, jam ante ab Epicuro demonſtratis. Quæ ſunt, in eo feruntur quod non eſt: multum enim inane ſparſum eſt et immixtum aëris atomis. Is ergo ubi diffunditur in latitudinem, ac circumcurſitationem nanciſcitur, tum ob raritatem exigua iſta et tenuia quæ particulas interjacent, inania fiunt, multumque ſpatii inſertum præbent: quando autem comprimuntur et in anguſtias denſantur, viqueinter ſe coguntur, foris ingens latumque relinquunt ſpatium, magnaſque divulſiones. Atque hoc nocte frigus efficit: nam calor laxat, divellit, ſolvitque denſata: ideoque corpora quæ fervent, molliuntur,

λαστόμενα καὶ τηκόμενα τῶν σωμάτων ἐπιλαμβάνει· καὶ τοὐναντίον αὖ πάλιν τὰ πηγνύμενα καὶ ψυχόμενα συγχωρεῖ πρὸς ἄλληλα καὶ συνάγεται, καὶ ἀπολείπει κενότητας ἐν τοῖς περιέχουσιν ἀγγείοις καὶ τόποις, ἐξ ὧν
B ὑποκεχώρηκεν. Ἡ δὲ φωνὴ προσφερομένη καὶ προστυγχάνουσα σώμασι πολλοῖς καὶ ἀθρόοις, ἢ τυφλοῦται παντάπασιν, ἢ διασπάσματα λαμβάνει καὶ μεγάλας καὶ πολλὰς ἀντερείσεις καὶ διατριβάς· ἐν δὲ κενῷ καὶ σωμάτων ἐρήμῳ διαστήματι λεῖον δρόμον ἔχουσα καὶ συνεχῆ καὶ ἄπλαιστον ἐξικνεῖται πρὸς τὴν ἀκοὴν, ὑπὸ τάχους ἅμα τῷ λόγῳ διασώζουσα τὴν σαφήνειαν. Ὁρᾷς γὰρ ὅτι καὶ τῶν ἀγγείων τὰ κενὰ πληττόμενα, μᾶλλον ὑπακούει πληγαῖς, καὶ τὸν ἦχον ἀποτείνει μακρὰν, πολλάκις δὲ καὶ κύκλῳ περιφερόμενον διαδίδωσι πολύ·
C τὸ δὲ ἀγγεῖον ἐμπλησθὲν, ἢ στερεοῦ σώματος, ἢ τινος ὑγροῦ, παντάπασι γίνεται κωφὸν καὶ ἄναυδον, ὁδὸν οὐκ ἐχούσης οὐδὲ χώραν ᾗ δίεισι τῆς φωνῆς. Αὐτῶν δὲ τῶν

A. 10. κενότητας] Sic Mez. Vulgo, καὶ κενότητας.
B. 10. πολύ] Forte πολύν.

liquanturve, ampliorem occupant locum: contra vero quæ denſantur aut refrigerantur, ea in ſeſe redeunt atque contrahuntur, vacuumque relinquunt in vaſis quibus continentur, et locis quæ deſeruerunt. Jam vox ſi offeratur et occurrat corporibus multis atque frequentibus, aut omnino obtunditur, aut divulſiones patitur magnas, multaſque reliſiones et moras. At in inani et corporum vacuo intervallo, lævi continuo expeditoque curſu ad auditum pervenit, ob celeritatem ſimul cum forma claritatem retinens. Vides enim vaſa quoque inania ſi pulſentur, facilius ſonum reddere, ac longe reſonare, ſæpe etiam in orbem ſonitum didere magnum: vas autem quod impletum eſt ſive ſolido ſive humido corpore, mutum omnino eſt, voce ſpatium non habente et viam qua exeat. De ipſis vero corporibus aurum

σωμάτων χρυσὸς μὲν καὶ λίθος ὑπὸ πληρότητος ἰσχνόφωνα καὶ δυσηχῆ, καὶ ταχὺ καταϐεννῦσι τοὺς φθόγγους ἐν αὐτοῖς· εὔφωνος δὲ καὶ λάλος ὁ χαλκὸς, ᾗ πολύκενος καὶ ὄγκον ἐλαφρὸς καὶ λεπτὸς, οὐ πολλοῖς συμπεθλιμμένος ἐπαλλήλοις σώμασιν, ἀλλ' ἄφθονον ἔχων τὸ τῆς εἰκούσης καὶ ἀναφοῦς μεμιγμένον οὐσίας, ἣ ταῖς τε ἄλλαις κινήσεσιν εὐπορίαν δίδωσι, τήν τε φωνὴν εὐμενῶς ὑπολαμϐάνουσα παραπέμπει· μέχρις ἂν ἀψάμενός D
τις ὥσπερ ἐν ὁδῷ καταλάϐῃ καὶ τυφλώσῃ τὸ κενόν· ἐνταῦθα δὲ ἔστη καὶ ἀπεπαύσατο τοῦ πρόσω χωρεῖν, διὰ τὴν ἀντίπραξιν. Ταῦτα, ἔφη, δοκεῖ μοι τὴν νύκτα ποιεῖν ἠχώδη, τὴν δὲ ἡμέραν ἧττον θερμότητι καὶ διαλύσει τοῦ ἀέρος μακρὰ τὰ διαστήματα τῶν ἀτόμων ποιοῦσαν. Μόνον, ἔφη, μηδεὶς ἐνιστάσθω πρὸς τὰς πρώτας ὑποθέσεις.

C. 8. ἀλλ' ἄφθονον] Sic Baſ. Xyl. T. fere item Ald. ἀλλὰ φθόνον. Vulgo, ἀλλὰ φθόγγον, non diſſentientibus ſcriptis codicibus noſtris, notatum in Leonic. Schott.

D. 1. ἂν ἀψάμενος] Sic T. V. Xyl. not. Anon. Mez. Vulgo, ἀναψάμενος.

D. 4. ἀντίπραξιν] Immo ἀντίφραξιν ut conjiciunt Xyl. et Mez.

et lapis ob denſitatem exiles ſonos obſcuroſque edunt, voceſque in iis celeriter exſtinguuntur: æs vocale eſt et ſonorum, quia multum habet vacui, et mole eſt levi atque tenui, non ex multis et continentibus compactum corporibus, ſed abunde habens admixtum ſubſtantiæ cedentis et non cum alia conſertæ: quæ cum aliorum motuum copiam facit, tum vocem facile excipiens tranſmittit, donec aliquid veluti in via occurrens inani obſtructo eam hebetet: ubi jam ſubſiſtens deſinat porro ire propter obturationem. Hæc mihi videntur noctem reſonabilem facere: diem eo minus hoc habere puto, quod calore et diſſolutione aëris longa intervalla atomorum reddit: modo ne quis primo a nobis poſita impugnet.

γ'. Κἀγὼ, τοῦ Ἀμμωνίου κελεύοντος εἰπεῖν τι πρὸς αὐτὸν, Αἱ μὲν πρῶταί σου τῶν ὑποθέσεων, ἔφην, ὦ φίλε Βόηθε, περὶ πολὺ τὸ κενὸν ἔχουσαι μεμενήκασαι· τῇ δὲ φωνῇ τὸ κενὸν οὐκ ὀρθῶς πρὸς σωτηρίαν καὶ κίνησιν
E ὑποτίθεσθαι· σιωπῆς γὰρ οἰκεῖον καὶ ἡσυχίας τὸ ἀναφὲς καὶ ἀπαθὲς καὶ ἄπληκτον· ἡ δὲ φωνὴ, πληγὴ σώματος διηχοῦς· διηχὲς δὲ τὸ συμπαθὲς αὑτῷ καὶ συμφυὲς, εὐκίνητον δὲ καὶ κοῦφον καὶ ὁμαλὸν καὶ ὑπήκοον, τοῦ δι' εὐτονίαν καὶ συνέχειαν, οἷός ἐστι παρ' ἡμῖν ὁ ἀήρ. Καὶ γὰρ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ πῦρ, ἄφωνα καθ' ἑαυτὰ, φθέγγεται δὲ πνεύματος ἐμπεσόντος ἅπαντα καὶ ψόφους καὶ πατάγους ἀναδίδωσι· χαλκῷ δὲ κενοῦ μὲν οὐδὲν μέτεστιν, ὁμαλῷ δὲ πνεύματι καὶ λείῳ κεκραμένος εὔπληκτός ἐστι,
F καὶ ἠχώδης. Εἰ δὲ δεῖ τῇ ὄψει τεκμαίρεσθαι, φαίνεται μᾶλλον ὁ σίδηρος ἔχων τι σαθρὸν καὶ πολύκενον, καὶ τεν-

D. 10. περὶ πολὺ] Forte καίπερ πολὺ ut Mez.
E. 1. ὑποτίθεσθαι] Legendum vel ὑποτίθεται, vel ὑποτίθεται cum Xyl. Mez. vel ὑποτίθεσθε cum Mez.
E. 4. ὑπήκοον, τοῦ δι'] Forte, ὑπήκοον τοῦ πλήττοντος δι'.
E. 8. κενοῦ μὲν] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, κινουμένῳ μέν.

III. Tum ego, jubente Ammonio aliquid contradicere, Tuæ quidem, inquam, primæ ſuppoſitiones in multo inani verſantes maneant. Enimvero hoc non recte ponitur, inane ad vocem conſervandam et promovendam facere. Quod enim tangi, affici, et ici non poteſt, ſilentio eſt quietique accommodatum. At vox ictus eſt corporis perſonantis: ſonum tranſmittit ac perſonat id quod cognatum ei eſt et ab eo adficitur, motu facile, et leve atque æquabile, obſequenſque ei quod valide et continenter fertur: qualis eſt noſter aër. Etenim aqua, terra, ignis, muta ſuapte natura, omnia tamen ſonum edunt et fragorem ac ſtrepitum ſpiritu illapſo. Æs inane nihil in ſe habet: ſed æquabili lævique temperatum ſpiritu facile pulſatur ac reſonat. Quod ſi viſu ratiocinandum eſt, ferrum potius videtur aliquid habere fungoſum, et inanitate multa patens, atque inſtar fa-

θρηνῶδες· ἔστι δὲ κακόφωνος σφόδρα, καὶ τῶν μεταλλικῶν κωφότατος. Οὐδὲν οὖν ἔδει τῇ νυκτὶ παρέχειν πράγματα, συνωθοῦντας αὐτῆς τὸν ἀέρα καὶ συντείνοντας, ἑτέρωθι δὲ αὖ χώρας καὶ κενότητας ἀπολιπόντας, ὥσπερ ἐμποδὼν ὄντα τῇ φωνῇ τὸν ἀέρα καὶ φθείροντα τὴν οὐσίαν, ἧς αὐτὸς οὐσία καὶ σχῆμα καὶ δύναμίς ἐστιν. Ἄνευ δὲ τούτων ἔδει δή που τὰς ἀνωμάλους νύκτας, οἷον ὁμιχλώδεις καὶ δυσχειμέρους, ἠχωδεστέρας εἶναι τῶν αἰθρίων καὶ κεκραμένων ὁμαλῶς, διὰ τὸ δεῦρο μὲν συνωθεῖν τὰς ἀτόμους, ἐκεῖ τῃ
δὲ ὅθεν μεθίστανται, χώραν ἔρημον ἀπολιπεῖν σωμάτων· καὶ τὸ δὴ προχειρότατον, ἡμέραν ψυχρὰν ἠχωδεστέραν εἶναι νυκτὸς ἀλεεινῆς καὶ θερινῆς· ὧν οὐδέτερον ἀληθές ἐστιν. Διὸ τὸν λόγον τοῦτον ἀπολελοιπώς, ἐπιβάλλω τὸν Ἀναξαγόραν, ὑπὸ τοῦ ἡλίου λέγοντα κινεῖσθαι τὸν ἀέρα κίνησιν τρομώδη καὶ παλμοὺς ἔχουσαν, ὡς δῆλόν ἐστι τοῖς διὰ τοῦ φωτὸς ἀεὶ διάττουσι ψήγμασι μικροῖς καὶ

F. 4. κωφότατος] Sic Pol. Xyl. not. Mez. Vulgo, κυφότατος.
F. 8. σχῆμα] Forte rectius ſit ὄχημα vel σῶμα.
F. 9. ὁμιχλώδεις] An ἀνεμώδεις?
A. 5. ἀπολελοιπὼς] Forte ἀποδεδωκώς.

vorum capſulæ excavatum: et tamen admodum male ſonat, omniumque metallorum eſt mutiſſimum. Nihil ergo attinebat nocti moleſtiam exhibere, conſtringendo cogendoque ejus aëre, alibi autem ſpatia et inanitates relinquendo: quaſi vero aer voci impedimento eſſet ejuſque naturam vitiaret, cujus ipſe ſubſtantia, forma, et vis eſt. Præter hæc, oportebat ſane noctes intemperatas, quales ſunt caliginoſæ et hybernæ, reſonantiores eſſe ſerenis et bene temperatis: quod huc compellantur atomi, ibi autem ubi diſcedunt locum corporum inanem relinquant: et, quod promtiſſimum eſt, frigidam diem nocte tepida et æſtiva: quorum neutrum eſt verum. Itaque hac ratione omiſſa, Anaxagoram produco, qui aërem a Sole ait motu tremulo et trepidante cieri: quod manifeſtum eſt e minutis iſtis ramentis quæ per-

θρύμασιν, ἃ δή τινες τίλας καλοῦσι· ταῦτα οὖν φησιν ὁ ἀνὴρ πρὸς τὴν θερμότητα σίζοντα καὶ ψοφοῦντα δι'
B ἡμέρας δυσηκόους τῷ ψόφῳ τὰς φωνὰς ποιεῖν, νυκτὸς δὲ παύεσθαι τὸν σάλον αὐτῶν καὶ τὸν ἦχον.

δ΄. Ἐμοῦ δὲ ταῦτα εἰπόντος, Ἀμμώνιος ἔφη, Γελοῖοι μὲν ἴσως φανούμεθα, καὶ Δημόκριτον ἐλέγχειν οἰόμενοι, καὶ Ἀναξαγόραν ἐπανορθοῦσθαι θέλοντες· οὐ μὴν ἀφαιρετέον γε τῶν Ἀναξαγόρου σωμάτων τὸν σιγμόν· οὔτε γὰρ πιθανὸς οὔτε ἀναγκαῖος, ἀλλ' ὁ τρόμος ἀρκεῖ τῶν σωμάτων, καὶ ἡ κίνησις ἐν τῷ φωτὶ κλονουμένων τὰς φωνὰς διασπᾶν καὶ διαρρίπτειν πολλάκις. Ὁ γὰρ ἀὴρ, ὥσπερ εἴρηται, σῶμα τῆς φωνῆς καὶ οὐσίαν ἐμπαρέχων ἑαυ-
C τὸν, ἐὰν μὲν ᾖ σταθερὸς, εὐθύπορα καὶ λεῖα καὶ συνεχῆ τὰ τῶν ψόφων μόρια καὶ κινήματα πόῤῥωθεν διαδίδωσι· νηνεμία γὰρ ἠχῶδες καὶ γαλήνη, καὶ τοὐναντίον, ὡς

B. 5. οὐ μὴν] Immo, οὐ μὴν ἀλλὰ ut Anon. Mez. et Xyl. viderunt.
C. 1. ᾖ σταθερὸς] Ita Palat. Leonic. Schott. Vulgo, ᾖ τὰ θέρους. Ceteri multum variant.
C. 3. καὶ τοὐναντίον] Deſidero ſubjectum: Forte ὥρα ἀνεμώδης periit ſimilitudine proximi ὡς Σιμωνίδης.

petuo per lumen diſſultant, fruſtuliſque, quas Græci quidam *tilas* (quaſi flocculos,) vocant: hæc ille ait ob calorem ſibilantia et ſtrepentia facere ſonitu ſuo, ut interdiu voces difficilius exaudiantur: noctu eorum agitationem et ſonum tolli.

IV. Hæc me fato, Ammonius, Ridiculi, inquit, fortaſſe videbimur, cum et refellere Democritum, et corrigere Anaxagoram aggrediemur. Enimvero Anaxagoricis iſtis corpuſculis adimendus eſt ſibilus, neque veriſimilis ille, neque neceſſarius: cum ſufficiat tremor et motus eorum in lumine exagitatorum ſæpenumero ad divellendas et disjiciendas voces. Nam aër, corpus, ut dictum fuit, vocis et ſubſtantiam ſeſe præbens, ſiquidem tranquillus ſit recta proficiſcentes, læves, et continentes ſonorum portiunculas longe provehit. Tranquillitas quippe aëris ſonora eſt: et contra: ac ſic etiam dixit Si-

Σιμωνίδης φησὶν,

> Οὐδὲ γὰρ ἐννοσίφυλλος ἀήτα
> Τότε ὦρτ᾽ ἀνέμων, ἅ τις
> Κατεκώλυε σκιδναμένα μελιαδέα γᾶρυν
> Ἀραρεῖν ἀκοαῖσι βροτῶν·

πολλάκις μὲν γὰρ οὐδὲ τὸ σχῆμα τῆς φωνῆς ὁ τοῦ ἀέρος σάλος ἔναρθρον ἐᾷ πρὸς τὴν αἴσθησιν ἐξικνεῖσθαι καὶ διαμεμορφωμένον, ἀεὶ μέντοι τι τοῦ πλήθους φέρει καὶ τοῦ μεγέθους. Ἡ μὲν οὖν νὺξ αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν οὐδὲν ἔχει κινητικὸν ἀέρος· ἡ δὲ ἡμέρα, μέγα, τὸν ἥλιον, ὥσπερ αὐτὸς ὁ Ἀναξαγόρας εἴρηκεν.

ε΄. Ὑπολαβὼν δὲ Θράσυλλος ὁ Ἀμμωνίου υἱὸς, D
Εἶτα, ἔφη, τί παθόντες, ὦ πρὸς Διὸς, εἶτα τὰ θεωρητὰ κινήματα τοῦ ἀέρος οἰόμεθα δεῖν αἰτιᾶσθαι, τὸν δ᾽ ἐμφανῆ σάλον καὶ σπαραγμὸν αὐτοῦ παρορῶμεν; Ὁ γὰρ δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς οὗτος οὐ λανθάνων, οὔτε

C. 4. Σιμωνίδης] Sic fere Stephanus, ut videtur ex Fulv. Urſino Lyric. Carm. p. 172. leviter ab eo diſſentiens : non tamen verſus ſecundum illum diſtinguens quod nos fecimus. Forte etiam legendum κιδναμένα.

C. 11. φέρει] Legendum ἀφαιρεῖ, vel φθείρει.

D. 2. εἶτα τὰ] εἶτα delendum cum Mez.

monides :

> *Nam neque tunc flatus ventorum increbruit ullus,*
> *Qui folia concutit arborum :*
> *Qui ne mortales mea vox penetraret ad aures,*
> *Suave disjiceret melos.*

Sæpenumero quidem neque ſpeciem ullam vocis aër conturbatus articulatam ſinit efformatamque ad aures pervenire : quanquam de multitudine ſemper aliquid et magnitudine perferat. Cæterum ipſa per ſe nox nihil habet quod aërem commoveat : dies magnum aliquid, Solem nimirum, ſicut ipſe dixit Anaxagoras.

V. Hic in dicendi partes ſe ſufficiens Thraſyllus Ammonii F. Quidnam, inquit, per deos, nobis accidit, ut putemus cauſam conferendam in occultas et conſiderando duntaxat perceptibiles aëris motiones, interim manifeſtam ejus exagitationem et divulſionem negligentes? Nam magnus ille in cœlo dux Jupiter, non latenter, neque ſenſim mi-

ἀτρέμα διακινῶν τὰ σμικρότατα τοῦ ἀέρος, ἀλλ' εὐθὺς ἐκφανεὶς ἀνίστησι καὶ κινεῖ πάντα πράγματα,

Δεξιὰ σημαίνων, λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἐγείρων·

οἱ δὲ ἕπονται, καθάπερ ἐκ παλιγγενεσίας νέα ἐφ' ἡμέρῃ φρονέοντες, ὥς φησι Δημόκριτος, οὔτε ἀφώνοις οὔτε ἀπράκτοις ἐνεργείαις· ἢ καὶ τὸν ὄρθρον ὁ Ἴβυκος οὐ κακῶς ΚΛΥΤΟΝ προσεῖπεν, ἐν ᾧ κλύειν καὶ ἤδη φθέγγεσθαι συμβέβηκε· τὸ δὲ νυκτὸς ἀκύμων τὰ πολλὰ καὶ ἄκλυ-
E τος ὢν ὁ ἀὴρ, ἀναπαυομένων ἁπάντων, εἰκότως τὴν φωνὴν ἄθραυστον ἀναπέμπει καὶ ἀκέραιον πρὸς ἡμᾶς.

ϛ'. Παρὼν οὖν Ἀριστόδημος πρὸς ἡμᾶς ὁ Κύπριος, Ἀλλ' ὅρα, εἶπεν, ὦ Θράσυλλε, μὴ τοῦτο μὲν αἱ νυκτομαχίαι καὶ νυκτοπορίαι τῶν μεγάλων στρατοπέδων ἐλέγχουσιν, οὐδὲν ἧττον ἠχωδεστέρας ποιοῦσαι τὰς φωνὰς, καίπερ ἐν ταραχῇ καὶ σάλῳ τοῦ ἀέρος ὄντος. Ἔχει δέ τι

D. 9. ἐφ' ἡμέρῃ] Sic Xyl. Schott. Anon. Mez. et aliis locis Plutarchi. Vulgo, ἐφημέρῃ.
D. 10. ἀπράκτοις] Forte, ἀταράχοις.
D. 12. καὶ ἤδη] Mez. ἤδη καί.
E. 4. πρὸς ἡμᾶς ὁ Κύπριος] πρὸς ἡμᾶς delendum.

nimas aëris particulas concitans, ſed palam ſeſe in conſpectum proferens excitat et commovet omnes res,

Dans dextra ſignum, populoſque ad nota laborum
Evocat exoriens ſua munia :—

iique ſequuntur, et tanquam denuo renati *nova die nova conſilia ſuſcipiunt*, ut ait Democritus : non mutis aut ineſſicacibus actionibus. Quo ſenſu etiam Ibycus diluculum *klyton* haud male appellavit, a *klyein* (quod audire eſt): tunc enim audire et loqui homines incipiunt. Nocturnus autem aër tranquillus plerumque et ſilens, omnibus quieſcentibus, vocem integram et ſinceram haud abs re ad nos mittit.

VI. Aderat ibi Ariſtodemus Cyprius. Is, vide, inquit, Thraſylle, ne hoc nocturnæ pugnæ et profectiones magnorum exercituum refellant, nihilominus reſonantibus vocibus tunc quantumvis turbato exagitatoque aëre. Sed et penes nos aliquid eſt cauſ-

καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς αἴτιον· αὐτοὶ γὰρ ὧν φθεγγόμεθα νύκτωρ, τὰ πολλὰ θορυβώδη, καὶ μετὰ πάθους ἐπείγοντος ἐγ- F
κελευόμεθά τισιν, ἢ διαπυνθανόμενοι, συντόνως ποιούμεθα τὰς γεγωνήσεις. Τὸ γὰρ ἐν ᾧ μάλιστα καιρῷ πεφύκαμεν ἡσυχίαν ἄγειν, ἐξανιστᾶν ἡμᾶς ἐπὶ πράξεις καὶ λόγους, οὐ μικρὸν οὐδὲ ἀτρεμαῖόν ἐστιν, ἀλλὰ μέγα καὶ μεγάλης τινὸς ἀνάγκῃ χρείας ἐπιταχυνόμενον, ὥστε καὶ τὰς φωνὰς φέρεσθαι σφοδροτέρας.

F. 1. ἐγκελευόμεθα] Legendum, ἐγκελευόμενοι.

ſæ. Quæ enim noctu loquimur, pleraque turbulente et cum aliqua animi commotione jubentes alios, aut interrogantes aliquid contentius vociferamur. Nam quod eo tempore, quo maxime ſolemus quieſcere, ſurgimus ad agendum aut loquendum, id non exiguum aut placidum eſt, ſed magnum, et urgente gravi aliqua neceſſitate; unde etiam voces feruntur vehementiores.

723 ΠΡΟΒΛΗΜΑ Δ'.

Διὰ τί τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἄλλος ἄλλον ἔχει στέφανον, τὸν δὲ φοίνικα πάντες, ἐν ᾧ καὶ, Διὰ τί τοὺς μεγάλους φοινικοβαλάνους νικολάους καλοῦσιν.

QUÆSTIO IV.

Cur ſacrorum certaminum aliud aliam habet coronam, palma omnibus eſt communis. Inibi etiam, Cur magnas palmæ glandes appellent nicolaos.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΣΩΣΠΙΣ. ἩΡΩΔΗΣ. ΠΡΩΤΟΓΕΝΗΣ. ΠΡΑΞΙΤΕΛΗΣ. ΚΑΦΙΣΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

SOSPIS. HERODES. PROTOGENES. PRAXITELES. CAPHISUS.

α'. ΙΣΘΜΙΩΝ ἀγομένων ἐν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σώσπιδος ἀγωνοθεσιῶν τὰς μὲν ἄλλας ἑστιάσεις διεφύγομεν, ἑστιῶντος αὐτοῦ πολλοὺς μὲν ἅμα ξένους, πάντας δὲ πολλάκις τοὺς πολίτας· ἅπαξ δὲ τοὺς μάλιστα φίλους καὶ
B φιλολόγους οἴκοι δεχομένου, καὶ αὐτοὶ παρῆμεν. Ἀπηρμένων δὲ τῶν πρώτων τραπεζῶν, ἧκέ τις Ἡρώδῃ τῷ

I. ISTHMICA feſtivitate cum Soſpis iterum certamini præeſſet, cætera quidem convivia ſubterfugimus, cum is multos ſimul hoſpites, et ſæpe univerſos cives invitaſſet: ſemel, ubi domi ſuæ convivium maxime amicis et literatis præbuit, ipſi quoque interfuimus. Sublatis jam primis menſis, venit quidam ad Herodem rhetorem miſſam ei a

ῥήτορι παρὰ γνωρίμου νενικηκότος ἐγκωμίῳ φοίνικα καὶ στέφανόν τινα τῶν πλεκτῶν κομίζων· ὁ δὲ ταῦτα μὲν δεξιωσάμενος ἀπέπεμψε πάλιν, ἔφη δέ, Ἀπορεῖν τί δήποτε τῶν ἀγώνων στέφανον ἄλλος ἄλλον ἔχει, τὸν δὲ φοίνικα κοινῇ πάντες. Οὐ γὰρ ἐμέ γοῦν, ἔφη, πείθουσιν οἱ τὴν ἰσότητα τῶν φύλλων, οἷον ἀντανισταμένων ἀεὶ καὶ συνεκτρεχόντων, ἀγῶνι καὶ ἁμίλλῃ παραπλήσιόν τι ποιεῖν φάσκοντες, αὐτήν τε τὴν νίκην παρὰ τὸ μὴ εἴκειν ὀνομάσθαι· καὶ γὰρ ἄλλα πάμπολλα μονονοὺ μέτροις τισὶ καὶ σταθμοῖς ἀκριβῶς τὴν τροφὴν διανέμοντα τοῖς ἀντιζύ- C
γοις πετάλοις ἰσότητα θαυμαστὴν καὶ τάξιν ἀποδίδωσιν. Ἐπεὶ πιθανώτεροι τούτων εἰσὶν οἱ τὸ κάλλος καὶ τὴν εὐφυΐαν ἀγαπῆσαι τοὺς παλαιοὺς, ὡς Ὅμηρον ἔρνεϊ φοίνικος ἀπεικάσαντα τὴν ὥραν τῆς Φαιακίδος, ὑπονοοῦντες. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε δήπουθεν ὅτι καὶ ῥόδοις, καὶ λυχνίσιν, ἔνιοι δὲ καὶ μήλοις καὶ ῥοιαῖς ἔβαλλον, ὡς καλοῖς γεραί-

B. 5. ἔφη] Sic Xyl. Vulgo, ἔφην.
C. 7. καλοῖ,—ἀεὶ] Prius ex Palat. Vatic. poſterius mutandum in δεῖ.

diſcipulo palmam et coronam de conſertarum genere adferens, quæ diſcipulus ille laudationis concertatione victor meruerat. Ea Herodes amplexus remiſit: Dubitare autem ſe, dixit, quanam de cauſſa alia certamina alias habeant coronas, palmam communiter omnia. Neque enim, aiebat, fidem mihi faciunt, qui foliorum æqualitatem cauſſantur, ea dicentes quaſi inſurgere invicem atque concurrere, et ſic quodammodo certamen luctamque referre: tum victoriam *nicen* dici a non concedendo, μὴ εἴκειν. Nam permulta alia tantum non menſura et pondere exacte oppoſitis inter ſe foliis alimentum diſtribuentia, admirabilem æqualitatem et ordinem oſtentant. Probabilius hi, qui opinantur antiquos palmam ob pulchritudinem et germinandi venuſtatem dilexiſſe, qua ratione etiam Homerus Nauſicaam germini palmæ contulerit. Neque ignoratis quoſdam honoris gratia, roſis, lychnitidibus, malis, atque etiam

ροῦντες ἀεὶ τοὺς νικηφόρους. Ἀλλὰ οὐδὲν οὕτως ἐπιφανῶς ἐκπρεπέστερον ἔχει τῶν ἄλλων ὁ φοῖνιξ, ἅτε μηδὲ
D καρπὸν ἐν τῇ Ἑλλάδι φέρων ἐδώδιμον, ἀλλ' ἀτελῆ καὶ ἄπεπτον. Εἰ γὰρ ὥσπερ ἐν Συρίᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ παρεῖχε τὴν βάλανον, ὄψει τε θεαμάτων καὶ γλυκύτητι τραγημάτων πάντων ἥδιστον, οὐκ ἂν ἦν ἕτερον αὐτῷ παραβάλλειν. Ὁ γοῦν βασιλεὺς, ὥς φασιν, ἀγαπήσας διαφερόντως τὸν Περιπατητικὸν φιλόσοφον Νικόλαον γλυκὺν ὄντα τῷ ἤθει, ῥαδινὸν δὲ τῷ μήκει τοῦ σώματος, διάπλεων δὲ τὸ πρόσωπον ἐπιφοινίσσοντος ἐρυθήματος, τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας τῶν φοινικοβαλάνων Νικολάους ὠνόμασε· καὶ μέχρι νῦν οὕτως ὀνομάζονται.

β'. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἡρώδης οὐκ ἀτερπέστερον ἐμ-
E βάλλειν ἔδοξε τοῦ ζητουμένου περὶ τοῦ Νικολάου. Διὸ καὶ μᾶλλον, ἔφη ὁ Σώσπις, προθυμητέον ὡς ἕκαστος αὐτόν τις

E. 1. περὶ τοῦ] Legendum cum Mez. τὸ περὶ τοῦ.

E. 2. ὁ Σώσπις—ἐνεγκεῖν] ὁ Σώσπις deeſt in Ald. Baſ. Xyl. H. Venet. Palat. Vatic. additum in Leonic. Schott. Anon. Xyl. verſ. Amiot. T. unde habet Steph. Porro ἕκαστος αὐτόν τις eſt ex T. V. pro ἕκαστον αὐτῷ τις. Denique corrigendum ἔπειστ συνειστενεγκεῖν.

punicis iis, victores petiiſſe. At enim palma nihil adeo evidenter pulchrius reliquis habet, cum in Græcia fructum quoque non ferat qui eſui ſit, ſed imperfectum et immaturum. Nam ſi, ut in Syria et Ægypto, glandem daret adſpectu et ſuavitate omnia ſpectacula et bellaria ſuperantem, non erat ſane quod cum ea compararetur. Imperator quidem, ut narratur, Nicolaum philoſophum Peripateticum ſingulari proſequens amore, ſuavibus moribus hominem, gracili et procero corpore, faciem plenum emicantis punicei ruboris; maximas et pulcherrimas palmulas nicolaos nominavit: ſicque etiamnum dicuntur.

II. Hæc cum dixiſſet Herodes, quæſtione ipſa non injucundiorem viſus eſt de Nicolao mentionem injeciſſe. Proinde, inquit Soſpis, majore ſtudio quivis ſuam de quæ-

συνέπεισεν, ἐνεγκεῖν εἰς τὸ ζητούμενον. Ἐγὼ δὲ εἰσφέρω πρῶτος, ὅτι δεῖ τὴν τῶν νικηφόρων δόξαν ἄφθιτον, ὡς ἀνυστόν ἐστι, καὶ ἀγήρω διαμένειν· ὁ δὲ φοῖνιξ μακρόβιον μέν ἐστιν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν φυτῶν, ὥς που καὶ τὰ Ὀρφικὰ ταῦτα μεμαρτύρηκε,

Ζῶον δ' ἶσον ἀκροκόμοισι φοινίκων ἔρνεσι·

μόνῳ δὲ αὐτῷ σχεδὸν ὑπάρχει τὸ κατὰ πολλῶν ὡς ἀληθῶς λεγόμενον· τί δὲ τοῦτ' ἐστι; τὸ ἐμπεδόφυλλον εἶναι καὶ ἀείφυλλον· οὔτε γὰρ δάφνην, οὔτε ἐλαίαν, οὔτε μυρσίνην, οὔτε ἄλλό τι τῶν μὴ φυλλοῤῥοεῖν λεγομένων, F
ὁρῶμεν ἀεὶ ταυτὰ φύλλα διατηροῦν, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις ἀποῤῥέουσιν ἑτέρων ἐπιβλαστανόντων, ὥσπερ πόλεις, ἕκαστον ἀεὶ ζῶον διαμένει καὶ ἀμείλικτον· ὁ δὲ φοῖνιξ οὐθὲν ἀποβάλλων ἀφ' αὑτοῦ τῶν φυομένων, βεβαίως ἀείφυλλός ἐστι· καὶ τοῦτο δὴ τὸ κράτος αὐτοῦ μάλιστα τῆς νίκης τῷ ἰσχυρῷ συνοικειοῦσι.

E. 8. Ζῶον—ἔρνεσι] Forte Ζῶν δ' ἶσον φοινίκων ἔρνεσιν ἀκροκόμοισι.
F. 4. ἀμείλικτον] Forte ἀμετάλλακτον, vel ἀνέκλειπτον quorum hoc et Reiſk. conjecit.

ſtione in medium conferat ſententiam. Primus ego hoc adfero, oportere victoris gloriam quantum omnino fieri poteſt ab interitu et ſenio eſſe immunem. Palma autem inter maxime longævas plantas vel præcipua eſt: quod etiam Orphica hæc teſtantur :

Vitam agebant germinibus ſimilem palmarum
Alte comantium.—

Soli autem fere huic vere id adeſt plantæ, quod tanquam verum de multis dicitur, nempe folia firma et ſemper durantia habere. Nam neque laurum, neque oleam, neque myrtum, neque aliam ullam earum ſtirpium quæ foliis negantur ſpoliari, videmus ita ſemper eadem folia ſervare: ſed prioribus defluentibus, et aliis ſuppullulantibus, ſicut urbes, ſemper viva manent, nec deficiunt. Palma nullum abjiciens e ſe natum folium, conſtanter foliis ſuis ſemper ornatur: quam ejus vim victoriæ robori potiſſimum accommodant.

γʹ. Παυσαμένου δὲ τοῦ Σώσσιδος, Πρωτογένης ὁ γραμματικὸς ὀνόματι καλέσας Πραξιτέλην τὸν περιη-
24 γητὴν, Οὕτω δὴ τούτους, ἔφη, τοὺς ῥήτορας ἐάσομεν περαίνειν τὸ οἰκεῖον, ἐξ εἰκότων καὶ πιθανῶν ἐπιχειροῦντας· αὐτοὶ δ' ἀφ' ἱστορίας οὐδὲν ἂν ἔχοιμεν τῷ λόγῳ συμβάλλεσθαι; Καίτοι δοκῶ μοι μνημονεύειν ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ἀνεγνωκὼς ἔναγχος, ὅτι πρῶτος ἐν Δήλῳ Θησεὺς ἀγῶνα ποιῶν, ἀπέσπασε κλάδον τοῦ ἱεροῦ φοίνικος· ὃ καὶ ΣΠΑΔΙΞ ὠνομάσθη.

δʹ. Καὶ ὁ Πραξιτέλης ταῦτα εἶπεν. Ἀλλὰ καὶ τοῦ Θησέως αὐτοῦ πυνθάνεσθαι φήσουσιν, ᾧ τινι λόγῳ φοίνικος, οὐ δάφνης οὐδὲ ἐλαίας κλάδον ἀπέσπασεν ἀγωνοθετῶν. Σκόπει δὴ μὴ Πυθικόν ἐστι τὸ νικητήριον, ὡς Ἀμ-
B φικτυόνος· κἀκεῖ πρῶτον ἐπὶ τιμῇ τοῦ θεοῦ, δάφνῃ καὶ φοίνικι τοὺς νικῶντας ἐκόσμησαν, ἅ τε δὴ καὶ τῷ θεῷ μὴ δάφνας μηδὲ ἐλαίας, ἀλλὰ φοίνικας ἀνατιθέντες· ὡς ἐν

A. 8. Καὶ ὁ Πραξιτέλης—φήσουσι] Corrigendum, Καὶ ὁ Πραξιτέλης, Ταῦτα, εἶπεν, ἄδηλα, καὶ τοῦ Θησέως αὐτοῦ πυνθάνεσθαι δεῖν φήσουσιν—.
B. 3. ἀλλὰ] μόνον ἀλλὰ καὶ Mez. recte ad ſenſum.

III. Ut finem dicendi Soſpis fecit, Protogenes grammaticus nominatim compellans Praxitelem enarratorem, Siccine, inquit, patiemur oratores a ſignis et conjecturis argumenta ducentes propoſitum conficere? nos nihil ex hiſtoriis habemus quod conferamus ad hanc quæſtionem? Sane mihi videor meminiſſe nuper me in Atticis legere, Theſeum primum in Delo certamen inſtituentem avelliſſe frondem de ſacra palma, inde etiam *ſpadicem* dictam.

IV. Tum Praxiteles, Atqui dicent iſti hæc obſcura, et ex ipſo Theſeo audiendum eſſe, qua de cauſſa non lauri vel oleæ, ſed palmæ frondem avulſerit, cum victoriæ præmium ſtatueret. Vide ergo an non hoc præmium ſit Pythicum, et Amphictyones Pythiis primum victores in honorem Apollinis lauro ac palma coronaverit: ut qui deo non lauros, non oleas, ſed palmas conſecrarent: ſicut in

Δήλῳ Νικίας χορηγήσας Ἀθηναίων, καὶ ἐν Δελφοῖς Ἀθηναῖοι καὶ Κύψελος πρότερον Κορίνθιος· ἐπεὶ καὶ φίλαθλος ἄλλως καὶ φιλόνεικος ἡμῖν ὁ θεός, αὐτὸς ἐν κιθαρίσει καὶ ᾠδῇ καὶ βολαῖς δίσκων, ὡς δ' ἔνιοι φασὶ, καὶ πυγμῇ ἁμιλλώμενος· ἀνθρώποις δὲ προσαμύνων ἀγωνιζομένοις, ὡς Ὅμηρος ἐμαρτύρησε, τὸν μὲν Ἀχιλλέα λέγοντα ποιήσας,

Ἄνδρε δύω περὶ τῶνδε κελεύομεν ὥπερ ἀρίστω,
Πὺξ μαλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν· ᾧ δέ κ' Ἀπόλλων
Δώῃ καμμονίην. ———

τὸν δὲ τοξότην, τὸν μὲν εὐξάμενον τῷ θεῷ, κατορθῶσαι καὶ C
λαβεῖν τὰ πρωτεῖα· τὸν δὲ γαῦρον ἀστοχῆσαι τοῦ σκοποῦ, μὴ εὐξάμενον. Καὶ μὴν οὐδὲ Ἀθηναίους εἰκός ἐστιν Ἀπόλλωνι καθιερῶσαι τὸ γυμνάσιον ἀλόγως καὶ αὐτομάτως· ἀλλὰ παρ' οὗ τὴν ὑγίειαν ἔχομεν θεοῦ, τοῦτον εὐεξίαν τε διδόναι καὶ ῥώμην ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ᾤοντο. Κούφων δὲ καὶ βαρέων ἀγωνισμάτων ὄντων, Πύκτῃ μὲν Ἀπόλλωνι Δέλ-

B. 6. φιλόνεικος] Forte, φιλόνικος.

Delo Nicias cum pro Athenienſibus ſumtum in ludos faceret, et Athenienſes apud Delphos, et Cypſelus ante Corinthius. Alioquin enim iſte deus ſtudioſus eſt certaminum, cum ipſe certans cithara, cantu, diſci jactu, et, ut nonnulli putant, etiam pugillatione: tum hominibus certantibus opem ferens, quod Homerus teſtatur: nam Achillis hæc verba ponit,

Nunc prodire duos jubeo, certare paratos
Ictibus infeſtis pugnorum: utrius Apollo
Victricem manibus fortem conceſſerit.—

et de ſagittariis eum qui vota Apollini feciſſet victorem facit, jactatorem et qui vovere neglexiſſet, a ſcopo aberrare. Athenienſes quoque apparet non temere aut ſine ratione Apollini gymnaſium dedicaſſe: nimirum enim a quo ſanitas nobis eſt deo, eum firmam quoque corporis largiri conſtitutionem et robur in certamina cenſebant. Porro cum et levia et gravia ſint certamina,

φοὺς, Δρομαίῳ δὲ Κρῆτας ἱστοροῦσι θύειν ϗ Λακεδαιμονίους. Σκύλων δὲ Πυθοῖ ϗ ἀκροθινίων ϗ τροπαίων ἀναθέσεις ἆρα
D οὐ συμμαρτυροῦσιν ὅτι τῆς εἰς τὸ νικᾷν ϗ κρατεῖν δυνάμεως τῷ θεῷ τούτῳ πλεῖστον μέτεστιν;

έ. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ὑπολαβὼν Κάφισος ὁ Θέωνος υἱὸς, Ἀλλὰ ταῦτά γε, εἶπεν, οὐχ' ἱστορίας οὔτε περιηγητικῶν οὐδὲ βιβλίων, ἀλλὰ ἐκ μέσων ἀνεσπασμένα τῶν Περιπατητικῶν τόπων εἰς τὸ πιθανὸν ἐπικεχείρηται, ϗ προσέτι τραγικῶς μηχανὴν ἄραντες ὀφείλετε δεδίττεσθαι τῷ θεῷ τοὺς ἀντιλέγοντας. Ὁ μὲν οὖν θεὸς, ὥσπερ προσήκει, πᾶσιν ἴσος ἐστὶ μετ' εὐμενείας· ἡμεῖς δὲ ἑπόμενοι Σώσπιδι, καλῶς γὰρ ὑφηγεῖται, πάλιν ἐχώμεθα τοῦ φοίνι-
E κος ἀμφιλαφεῖς τῷ λόγῳ λαβὰς διδόντος. Βαβυλώνιοι μὲν γὰρ ὑμνοῦσι ϗ ᾄδουσιν, ὡς ἑξήκοντα ϗ τριακόσια χρειῶν γένη παρέχον αὐτοῖς τὸ δένδρον· ἡμῖν δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἥκιστα μὲν

D. 5. βιβλίων] Sic Palat. Vatic. Leonic. Schott. Xyl. Vulgo, βυβλίων.
D. 7. ἄραντες ὀφείλετε δεδίττεσθαι] Legendum, ἄραντες, ὦ φίλτατοι, δεδίττεσθε.
E. 1. διδόντος] Sic Baſ. Xyl. T. Mez. Vulgo, διδόντες.

Apollini Pugili Delphos, Curſori Cretenſes aiunt ſacrificare et Lacedæmonios. Spoliorum vero et manubiarum tropæorumque dedicationes Delphis nonne teſtantur, vim huic deo maximam eſſe ad concedendam victoriam?

V. Eo adhuc loquente interrumpens ſermonem Caphiſus Theonis F. Hæc quidem, inquit, non redolent hiſtoricos aut enarratorios libros, ſed e mediis depromta Peripateticis locis probabiliter ſunt argumentata: ac præterea tragœdorum more ſublata machina deum introducitis, O boni, quo terreatis eos qui vobis repugnent. Ac deus quidem, ut par eſt, omnibus æque benignum ſe præbet. Nos autem ſecuti Soſpidem, bene enim præivit, rurſum de palma loquamur, amplas ſermoni anſas præbente. Babylonii eam celebrant atque decantant arborem, quod ipſis trecenta et ſexaginta utilitatum genera præbeat. Nobis autem Græ-

ἐστι χρειώδης, ἀθλητικῇ δὲ φιλοσοφίᾳ καὶ τὸ ἄκαρπον ἂν εἴη. Κάλλιστος γὰρ ὢν καὶ μέγιστος ὑπ' εὐταξίας, οὐ γόνιμός ἐστι παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ τὴν τροφὴν ὥσπερ ἄθλησιν περὶ τὸ σῶμα τῆς ἀταξίας ἀναλισκούσης, σμικρὸν αὐτοῦ καὶ φαῦλον εἰς σπέρμα περίεστιν. Ἴδιον δὲ παρὰ ταῦτα πάντα, καὶ μηδενὶ συμβεβηκὸς ἑτέρῳ τὸ μέλλον λέγεσθαι· φοίνικος γὰρ ξύλον ἂν ἄνωθεν ἐπιθεὶς βάρη πιέζῃς, οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τοὐναντίον, ὥσπερ ἀνθιστάμενον τῷ βιαζομένῳ· τοῦτο δὴ καὶ περὶ F
τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνας ἐστί· τοὺς μὲν γὰρ ὑπὸ ἀσθενείας καὶ μαλακίας εἴκοντας αὐτοῖς πιέζουσι κάμπτοντες, οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν, οὐ μόνον τοῖς σώμασιν ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται καὶ αὔξονται.

E. 4. ἀθλητικῇ—εἴη] Corrigo, ἀθλητικῇ δὲ φιλοδοξίᾳ διὰ τὸ ἄκαρπον ἀνεῖσθαι· item verti.
E. 5. εὐταξίας] Forte, εὐεξίας.
E. 6. ὥσπερ ἄθλησιν—περίεστιν] Forte, ὡς εἰς ἄθλησιν τῆς εὐεξίας ἀναλισκούσης, περίσσωμα σμικρὸν αὐτῷ καὶ φαῦλον εἰς σπέρμα περιέστιν. Pro ἀταξίας habet εὐταξίας H. Venet. εἰς, pro εἰ, Palat. Vat. Baſ. Xyl. Mez.
E. 10. βάρη] Sic Palat. Leonic. Schott. T. V. B. Mez. Vulgo, βαρύ.

cis minime eſt utilis: ſed athletico gloriæ ſtudio propter ſterilitatem conſecratus eſt. Nam cum palma pulcherrima ſit et maxima, ob intemperiem apud nos non fert fructum, ſed alimento in corpus ideo inſumto, parum ei, idque vitioſum, ſupereſt ad ſemen creandum. Peculiare autem præter hæc omnia eſt quod dicam, et cum nulla alia planta commune. Palmæ lignum, ſi ſuperne onere impoſito premas, non deorſum adfligitur aut concedit, ſed contra incurvatur, quaſi vi renitens prementi. Eodem modo res habet in athleticis certaminibus. Qui enim ob imbecillitatem et mollitiem concedunt, ii flectuntur atque deprimuntur: qui exercitationem fortiter ſuſtinent, eorum non corpora modo, ſed animi quoque eriguntur et augentur.

725
ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ε'.

Διὰ τί πρὸ ἡμέρας ἐκ τοῦ Νείλου οἱ πλέοντες ὑδρεύονται.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΑΝΩΝΥΜΑ.

QUÆSTIO V.

Cur qui navigant, ante diem aquam e Nilo hauriunt.

PERSONÆ NON NOMINATÆ.

ΑΙΤΙΑΝ τις ἐζήτησε δι' ἣν οἱ ναύκληροι τὰς ὑδρείας ἐκ τοῦ Νείλου νυκτὸς οὐχ ἡμέρας ποιοῦνται. Καί τισὶ μὲν ἐδόκουν τὸν ἥλιον δεδιέναι, τῷ προθερμαίνειν τὰ ὑγρὰ μᾶλλον εὔσηπτα ποιοῦντα· πᾶν γὰρ τὸ θερμανθὲν καὶ χλιανθὲν, ἀεὶ πρὸς μεταβολὴν ἑτοιμότερόν ἐστι, καὶ προπέπονθεν ἀνέσει τῆς ποιότητος· ἡ δὲ ψυχρότης πιέζουσα, συνέχειν δοκεῖ καὶ φυλάττειν ἕκαστον ἐν ᾧ
B πέφυκεν, οὐχ ἥκιστα δὲ τὸ ὕδωρ. Ὕδατος γὰρ ἡ ψυχρότης σχετικόν ἐστι φύσει· δηλοῦσιν αἱ χιόνες, τὰ κρέα

A. 8. ὑδρείας] Sic Palat. Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, ὑδρίας.

FUIT qui quæreret quamobrem navicularii noctu, et non interdiu, e Nilo aquarentur. Viſum eſt nonnullis eos Solem metuere, qui humida calefaciendo præveniens ad putrefactionem faceret prona: omne enim quod calefactum aut tepefactum eſt, ſemper ad mutationem eſt propenſius jam ante adfectum qualitatis ſuæ remiſſione. At frigus cum alia in ſuo continere et ſervare ſtatu videtur, tum vel maxime aquam, quæ natura ſuapte eo conſervatur: oſtendit hoc nix, qua carnes in multum tempus a putredine vindican-

δύσσηπτα τηροῦσαι πολὺν χρόνον. Ἡ δὲ θερμότης τά τε ἄλλα καὶ τὸ μέλι τῆς ἰδίας ποιότητος ἐξίστησι· φθείρεται γὰρ ἑψηθέν, ἂν δὲ ὠμὸν διαμένῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις πρὸς τὸ μὴ φθείρεσθαι βοηθεῖ. Μεγίστην δὲ τῇ αἰτίᾳ πίστιν παρεῖχε τὰ λιμναῖα τῶν ὑδάτων· χειμῶνος γὰρ οὐδὲν διαφέροντα τῶν ἄλλων ποθῆναι, τοῦ θέρους γίνεται πονηρὰ καὶ νοσώδη· διὸ χειμῶνι μὲν τῆς νυκτὸς ἀναλογεῖν δοκούσης, θέρει δὲ τῆς ἡμέρας, μᾶλλον οἴονται διαμένειν ἄτρεπτον καὶ ἀπαθὲς τὸ ὕδωρ ἂν νυκτὸς λαμβάνηται. C
Τούτοις ἐπιεικῶς οὖσι πιθανοῖς, ἐπανέκυψε λόγος ὥσπερ ἀτεχνῶς πίστιν ναυτικὴν βεβαιούμενος ἐμπειρίαν· νυκτὸς γὰρ ἔφασαν λαμβάνειν τὸ ὕδωρ, ἔτι τοῦ ποταμοῦ καθεστῶτος καὶ ἡσυχάζοντος, ἡμέρας δὲ πολλῶν ἀνθρώπων ὑδρευομένων, καὶ πλεόντων, πολλῶν δὲ θηρίων διαφερομένων, ἀναταραττόμενον, γίνεσθαι παχὺ καὶ γεῶδες· τὸ δὲ τοιοῦτον εὔσηπτον εἶναι. Πάντα γὰρ τὰ μεμιγμένα τῶν ἀμίκτων ἐπισφαλέστερα πρὸς σῆψίν ἐστι· ποιεῖ γὰρ ἡ

C. 3. ἀτεχνῶς πίστιν] Forte ἀτέχνῳ πίστει.

tur. Calor cum alia, tum mel quoque ſua qualitate exuit: quod crudum alia quoque a corruptela defendens, elixando perditur. Maximam huic cauſſæ fidem conciliaverunt aquæ paluſtres: quæ hyeme potui non minus aliis aptæ, æſtate vitiantur et morboſæ fiunt. Itaque cum nox hyemi reſpondere credatur, æſtati dies; exiſtimant aquam minus obnoxiam fore mutationibus, ſi noctu hauriatur. Hæc ſatis veriſimilia cum haberentur, alia ſe prodidit ratio, nauticam experientiam argumento non artificioſo confirmans. Noctu enim dicebant aquam ſumi, fluvio adhuc placido et quieſcente: interdiu multis hominibus aquantibus et navigantibus, multis etiam beſtiis in eo vagantibus, conturbari ſtatim ac limoſum fieri: quod autem tale eſt, facile putreſcit. Omnia enim mixta facilius ſinceris putreſcunt, mixtione pugnam, hac mutationem inferente: eſt

μίξις μάχην, ἡ δὲ μάχη μεταβολήν· μεταβολὴ δὲ
τις ἡ σῆψις. Διὸ τάς τε μίξεις τῶν χρωμάτων οἱ ζω-
D γράφοι ΦΘΟΡΑΣ ὀνομάζουσι, καὶ τὸ βάψαι ΜΙΗΝΑΙ
κέκληκεν ὁ ποιητής, ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια τὸ ἄμικτον καὶ
καθαρὸν ἄφθαρτον καὶ ἀκήρατον. Μάλιστα δὲ γῆ μιχ-
θεῖσα πρὸς ὕδωρ ἐξίστησι καὶ φθείρει τὸ πότιμον καὶ οἰ-
κεῖον· ὅθεν εὔσηπτα μᾶλλόν ἐστι τὰ στάσιμα καὶ κοῖλα,
πολλῆς ἀναπιμπλάμενα γῆς, τὰ δὲ ῥέοντα φεύγει καὶ
διακρούεται τὴν προσφερομένην· καὶ καλῶς Ἡσίο-
δος ἐπῄνεσε

Κρήνης αἰενάου καὶ ἀποῤῥύτου, ἥτ᾽ ἀθόλωτος·

ὑγιεινὸν γὰρ τὸ ἀδιάφθορον, ἀδιάφθορον δὲ τὸ ἄμικτον
καὶ καθαρόν. Οὐχ ἥκιστα δὲ αἱ τῆς γῆς διαφοραὶ τῷ
λόγῳ μαρτυροῦσι· τὰ γὰρ ὀρεινὴν διεξιόντα γῆν καὶ
E λιθώδη, στεῤῥότερα τῶν ἑλείων καὶ πεδινῶν ἐστι· πολλὴν
γὰρ οὐκ ἀποσπᾷ γῆν. Ὁ δὲ Νεῖλος ὑπὸ μαλ-

D. 1. μιῆναι] Sic Anon. T. V. et auctor Homerus. Vulgo, διῆναι.

Galatarum autem mulieres pultem cum ſuis pueris inter lavandum ederint. Nunc rabioſis videntur ſimilia balnea, et latrantibus, atque convellentibus laniantibuſque: aer autem qui in iis hauritur, mixtum ex humore et igne quidpiam, nullam corporis partem ſinit quieſcere, ſed omnem etiam individuam particulam conturbat ſuoque e ſtatu dimovet: donec inflammatos nos et ferventes ipſi reſtinguamus. Nihil ergo, Diogeniane, opus eſt huic diſputationi extrinſecus adſcitis mediis, aut intermundiis: ſed mutata victus ratio ſatis ipſa per ſe virium habet ad alios gignendos, alios abolendos morbos.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Ι'.

Διὰ τί τοῖς φθινοπωρινοῖς ἐνυπνίοις ἥκιστα πιστεύομεν.

QUÆSTIO X.

Cur autumnalibus ſomniis minimum fidei adhibendum ſit.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΦΛΩΡΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΟΙ ΤΟΥ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΥΙΟΙ. ΦΑΒΩΡΙΝΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

FLORUS. PLUTARCHUS. PLUTARCHI FILII. FAVORINUS.

D α'. ΠΡΟΒΛΗΜΑΣΙΝ Ἀριστοτέλους φυσικοῖς ἐντυγχάνων Φλῶρος εἰς Θερμοπύλας κομισθεῖσιν, αὐτός τε πολλῶν ἀποριῶν, ὅπερ εἰώθασι πάσχειν ἐπιεικῶς αἱ φιλόσοφοι φύσεις, ἀνεπίμπλατο καὶ τοῖς ἑτέροις μετεδίδου, μαρτυρῶν αὐτὸ τῷ Ἀριστοτέλει, λέγοντι τὴν πολυμάθειαν πολλὰς ἀρχὰς ποιεῖν. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα μεθ' ἡμέραν οὐκ ἄχαριν ἡμῖν ἐν τοῖς περιπάτοις διατ-

D. 4. τοῖς ἑτέροις] Lego, τοῖς ἑταίροις.
D. 6. ἀρχὰς] Forte, ταραχάς.

I. FLORUS cum inci-diſſet in lectionem quæſtionum Ariſtotelis phyſicarum, ad ipſum Thermopylas allatarum, cum ipſe multas animo dubitationes concepit, ut ſolent ingenia doctrinæ ſtudioſa, tum alios iis impertivit: teſtimonium ferens Ariſtoteli, qui dixit, *multam ſciendi cupiditatem multa facere principia.* Et ſane reliquæ in ambulationibus diurnis quæſtiones non inſuaviter nos oblectaverunt.

τέρψιν παρέχει· τὸ δὲ λεγόμενον περὶ τῶν ἐνυπνίων, ὡς
ἔστιν ἀβέβαια καὶ ψευδῆ μάλιστα περὶ τοὺς φυλλοχόους
μῆνας, οὐκ οἶδ' ὅπως ἑτέροις λόγοις πραγματευσα-
μένου τοῦ Φαβωρίνου μετὰ τὸ δεῖπνον ἀνέκυψε. Τοῖς μὲν E
οὖν σοῖς ἑταίροις, ἐμοῖς δὲ υἱοῖς, ἐδόκει λελυκέναι τὴν
ἀπορίαν Ἀριστοτέλης· καὶ οὐδὲν ᾤοντο δεῖν ζητεῖν οὐδὲ
λέγειν, ἀλλ' ἢ τοὺς καρποὺς, ὥσπερ ἐκεῖνος, αἰτιᾶσθαι.
Νέοι γὰρ ὄντες ἔτι καὶ σφριγῶντες πολὺ πνεῦμα γεννῶσιν
ἐν τῷ σώματι καὶ ταραχῶδες. Οὐ γὰρ τὸν οἶνον εἰκός
ἐστι μόνον ζεῖν καὶ ἀγανακτεῖν, οὐδὲ τοὔλαιον, ἂν ᾖ νεαρ-
ὸν, ἐν τοῖς λύχνοις ψόφον ἐμποιεῖν, ἀποκυματιζούσης
τὸ πνεῦμα τῆς θερμότητος· ἀλλὰ καὶ τὰ σιτία τὰ πρόσ-
φατα καὶ τὴν ὀπώραν ἅπασαν ὁρῶμεν ἐντεταμένην καὶ
οἰδοῦσαν ἄχρι ἂν ἀποπνεύσῃ τὸ φυσῶδες καὶ ἄπεπτον. F
Ὅτι δὲ ἔστι τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτι-
κὰ τῶν καθ' ὕπνον ὄψεων, μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε
κυάμοις καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος, ὧν ἀπέχεσ-

E. 7. ζεῖν] Poſui pro ζῆν, ex T. V. Anon. Mez.

Quod autem de inſomniis fuit dictum: ea maxime iis menſibus quibus defluunt folia, eſſe incerta et mendacia, neſcio quomodo ſe rurſum protulit, cum Favorinus a cœna res tractaret alias. Tuis quidem ſociis, meis filiis videbatur ſolviſſe nodum Ariſtoteles, neque aliud quærendum putabant, ſed cum eo cauſſam in fructus conferendam: qui recentes et humore turgidi multum turbulentumque in corpore ſpiritum generent. Non enim vinum duntaxat et oleum recens expreſſum in lucernis probabile eſt obſtrepere, calore flatum, quaſi fluctum quendam, edente: ſed et frumentum novum, et poma videmus tumere atque diſtendi, donec flatus et cruditas eorum diſcutiatur. Cibos porro quoſdam eſſe qui difficiles ſomnos faciant, et animam perturbent, teſtatum fieri fabarum exemplo, et polypodis capite, qui-

θαι κελεύουσι τοὺς δεομένους τῆς διὰ τῶν ὀνείρων μαντικῆς.

β'. Ὁ δὲ Φαβωρῖνος αὐτὸς τὰ μὲν ἄλλα δαιμονιώτατος Ἀριστοτέλους ἐραστής ἐστι, καὶ τῷ περιπάτῳ νέμει μερίδα τοῦ πιθανοῦ πλείστην· τότε μέντοι λόγον τινὰ τοῦ Δημοκρίτου παλαιὸν, ὥσπερ ἐκ καπνοῦ καθελὼν ἠμαυρω-
735 μένον, οἷος ἦν ἐκκαθαίρειν καὶ διαλαμπρύνειν· ὑποθέμενος τοῦτο δὴ τοὐπίδημον, ὅ φησι Δημόκριτος, “ ἐγ-
“ καταβυσσοῦσθαι τὰ εἴδωλα διὰ τῶν πόρων εἰς τὰ
“ σώματα, καὶ ποιεῖν τὰς κατὰ τὸν ὕπνον ὄψεις ἐπανα-
“ φερόμενα, φοιτᾶν δὲ ταῦτα πανταχόθεν ἀπιόντα καὶ
“ σκευῶν καὶ ἱματίων καὶ φυτῶν, μάλιστα δὲ ζώων ὑπὸ
“ σάλου πολλοῦ καὶ θερμότητος, οὐ μόνον ἔχοντα μορφο-
“ ειδεῖς τοῦ σώματος ἐκμεμαγμένας ὁμοιότητας (ὡς
“ Ἐπίκουρος οἴεται, μέχρι τούτου Δημοκρίτῳ συνεπό-
“ μενος, ἐνταῦθα δὲ προλιπὼν τὸν λόγον) ἀλλὰ καὶ
“ τῶν κατὰ ψυχὴν κινημάτων καὶ βουλευμάτων ἑκάστῳ καὶ

bus abſtinere juberentur qui divinare per ſomnum cuperent.

II. Favorinus ibi, quanquam Ariſtotelis eſſet impenſiſſime ſtudioſus, et Peripateticæ philoſophiæ maximam veriſimilitudinis tribueret laudem: tamen tunc ſententiam quandam Democriti tanquam de fumo ſqualidam detrahens expurgare ac perpolire cœpit. Id primo ponebat pervulgatum placitum Democriti: “ Viſa
“ per meatus in corpora ſub-
“ ire et alte penetrare, ac dum
“ ſurſum efferuntur, facere ut
“ in ſomno appareant ſimula-
“ chra: viſa autem iſta undi-
“ quaque ferri, delapſa a ſu-
“ pellectile, veſtimentis, plan-
“ tis, maxime autem ab ani-
“ malibus ob jactationem mul-
“ tam et calorem: eaque viſa
“ non modo habere expreſſas
“ et formam referentes cor-
“ porum ſimilitudines; (ut
“ Epicurus ſentit, eatenus
“ Democritum ſequens, atque
“ exinde ab ejus deſciſcens
“ doctrina) ſed et motuum a-
“ nimi, conſiliorum, et adfec-
“ tionum tam lenium quam
“ vehementium imagines ſe-

καθάπερ γραφῇ προσφέροντας ἀφὴν, οἴεσθαί τι ποιεῖν. Καὶ ὁ Αὐτόβουλος, Παῦε ποικίλλων, ἔφη, πρὸς ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν ὅτι τῇ Ἀριστοτέλους δόξαν εὐδοκιμῆσαι βουλόμενος, ὥσπερ σκιὰν αὐτῇ τὴν Δημοκρίτου παραβέβληκας· ἐκείνην οὖν τρεψόμεθα, κἀκείνῃ μαχούμεθα
D κατηγορούσῃ τῶν νέων καρπῶν καὶ τῆς φίλης ὀπώρας οὐ προσηκόντως. Τὸ γὰρ θέρος αὐτοῖς μαρτυρεῖ καὶ τὸ μετόπωρον, ὅτε μάλιστα χλωρὰν καὶ φλοιῶσαν, ὡς Ἀντίμαχος ἔφη, τὴν ὀπώραν γεννωμένην ἄρτι προσφερόμενοι τοὺς καρποὺς, ἧττον ἀπατηλοῖς καὶ ψευδέσιν ἐνυπνίοις σύνεσμεν· οἱ δὲ φυλλοχόοι μῆνες ἤδη τῷ χειμῶνι παρασκηνοῦντες ἐν πέψει τὰ σιτία, καὶ τὰ περιόντα τῶν ἀκροδρύων ἰσχνὰ καὶ ῥυστὰ καὶ πᾶν ἀφεικότα τὸ πληκτίζον ἐκεῖνο καὶ μανικὸν, ἔχουσι. Καὶ μὴν οἶνόν τε τὸν νέον οἱ πρῳϊαίτατα πίνοντες
E Ἀνθεστηριῶνι πίνουσι μηνὶ μετὰ χειμῶνα· καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἡμεῖς μὲν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, Ἀθηναῖοι δὲ

D. 3. φλοιῶσαν] φλύουσαν. Valckenar. ad Eur. Phœn. p. 312. item Salmaſ.

ræ, tactu explorationem adhibuiſſes. Tu vero, aiebat Autobulus, deſine ſimulare adverſus nos: non enim neſcimus te, quia ſententiam Ariſtotelis probari cupis, tanquam umbram ei opinionem Democriti comparaviſſe. Hanc ergo miſſam faciamus, et Ariſtoteleam impugnemus, quæ novas fruges et cara poma immerito incuſat: quibus ver et æſtas patrocinatur, quando maxime vegetæ fruges et ſucco plenæ, quales φλοιῶσαι dicuntur Antimacho, et recentes in cibum uſurpatæ, minus fallacia et vana nobis ſomnia conciliant. Menſes vero ii, quibus folia decidunt, jam hyemi propinqui, dum concoquunt frumentum et quod pomorum ſupereſt, gracilia ea reddunt ac rugoſa, et quæ ad furorem divinum incitandi omnem jam amiſerint aculeum. Jam vinum novum qui bibunt citiſſime, Antheſterione hoc faciunt menſe, qui hyemem ſubſequitur, diemque illum quo guſtatur novum vinum, nos Boni Dæmonis, A-

« ἠθῶν καὶ παθῶν ἐμφάσεις ἀναλαμβάνοντα συνεφέλκεσ-
« θαι, καὶ προσπίπτοντα μετὰ τύπων, ὥσπερ ἔμψυχα, B
« φράζειν καὶ διαστέλλειν τοῖς ὑποδεχομένοις τὰς τῶν
« μεθιέντων αὐτὰ δόξας καὶ διαλογισμοὺς καὶ ὁρμάς, ὅ-
« ταν ἐνάρθρους καὶ ἀσυγχύτους φυλάττοντα προσμίξῃ
« τὰς εἰκόνας.» Τοῦτο δὲ μάλιστα ποιεῖ δι' ἀέρος λείας τῆς φορᾶς γινομένης ἀκωλύτου καὶ ταχείας. Ὁ δὲ φθινοπωρινός, ἐν ᾧ φυλλοχοεῖ τὰ δένδρα, πολλὴν ἀνωμαλίαν ἔχων καὶ τραχύτητα, διαστρέφει καὶ παρατρέπει πολλαχῇ τὰ εἴδωλα, καὶ τὸ ἐναργὲς αὐτῶν ἐξίτηλον καὶ ἀσθενὲς ποιεῖ τῇ βραδύτητι τῆς πορείας ἀμαυρούμενον, ὥσπερ αὖ πάλιν πρὸς ὀργώντων καὶ διακαιομένων ἐκθρώσκοντα C πολλὰ καὶ ταχὺ κομιζόμενα, τὰς ἐμφάσεις νεαρὰς καὶ σημαντικὰς ἀποδίδωσιν.

γ'. Εἶτα διαβλέψας πρὸς τοὺς περὶ τὸν Αὐτόβουλον, καὶ μειδιάσας, Ἀλλ' ὁρῶ, εἶπεν, ὑμᾶς οἵους τε ὄντας ἤδη σκιαμαχεῖν πρὸς τὰ εἴδωλα, καὶ δόξῃ παλαιᾷ

B. 2. διαστέλλειν] Forte διαγγέλλειν.

« cum trahentia, ita accidere « ad animum velùti animata; « et ſignificare ea opiniones « eorum a quibus ſunt emiſſa, « cogitationes, conatus: ſiquidem articulatas adferentia et « inconfuſas imagines occur- « rant.» Id autem maxime fit, quando per aërem lævem motu feruntur expedito et celeri. Autumnalis vero aër, quando folia defluunt, admodum eſt inæqualis et aſper, ideoque viſa varie disjicit, et eorum evidentiam tarditate lationis hebetatam, facit evanidam et imbecillam: ſicut contra ab turgentibus et calidis excurrentia multa et velocia, notitias recentes et ſignificantes exhibent.

III. Tum Autobulum leniter, renidente ore intuens, Video, inquit, te jam velut in umbra pugnam contra iſthæc viſa meditari: et putare te aliquid profecturum ſi veteri placito, tamquam pictu-

καθάπερ γραφῇ προσφέροντας ἁφὴν, οἴεσθαί τι ποιεῖν. Καὶ ὁ Αὐτόβουλος, Παῦε ποικίλλων, ἔφη, πρὸς ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν ὅτι τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν εὐδοκιμῆσαι βουλόμενος, ὥσπερ σκιὰν αὐτῇ τὴν Δημοκρίτου παραβέβληκας· ἐκείνην οὖν τρεψόμεθα, κἀκείνῃ μαχούμεθα
D κατηγορούσῃ τῶν νέων καρπῶν καὶ τῆς φίλης ὀπώρας οὐ προσηκόντως. Τὸ γὰρ θέρος αὐτοῖς μαρτυρεῖ καὶ τὸ μετόπωρον, ὅτε μάλιστα χλωρὰν καὶ φλοιῶσαν, ὡς Ἀντίμαχος ἔφη, τὴν ὀπώραν γενομένην ἄρτι προσφερόμενοι τοὺς καρποὺς, ἧττον ἀπατηλοῖς καὶ ψευδέσιν ἐνυπνίοις συνεσμέν· οἱ δὲ φυλλοχόοι μῆνες ἤδη τῷ χειμῶνι προσσκηνοῦντες ἐν πέψει τὰ σιτία, καὶ τὰ περιόντα τῶν ἀκροδρύων ἰσχνὰ καὶ ῥυσσὰ καὶ πᾶν ἀφεικότα τὸ πληκτίζον ἐκεῖνο καὶ μανικὸν, ἔχουσι. Καὶ μὴν οἶνόν τε τὸν νέον οἱ πρωϊαίτατα πίνοντες
E Ἀνθεστηριῶνι πίνουσι μηνὶ μετὰ χειμῶνα· καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἡμεῖς μὲν Ἀγαθοῦ Δαίμονος, Ἀθηναῖοι δὲ

D. 3. φλοιῶσαν] φλύουσαν. Valckenar. ad Eur. Phœn. p. 312. item Salmaſ.

ræ, tactu explorationem adhibuiſſes. Tu vero, aiebat Autobulus, deſine ſimulare adverſus nos: non enim neſcimus te, quia ſententiam Ariſtotelis probari cupis, tanquam umbram ei opinionem Democriti comparaviſſe. Hanc ergo miſſam faciamus, et Ariſtoteleam impugnemus, quæ novas fruges et cara poma immerito incuſat: quibus ver et æſtas patrocinatur, quando maxime vegetæ fruges et ſucco plenæ, quales φλοιῶσαι dicuntur Antimacho, et recentes in cibum uſurpatæ, minus fallacia et vana nobis ſomnia conciliant. Menſes vero ii, quibus folia decidunt, jam hyemi propinqui, dum concoquunt frumentum et quod pomorum ſupereſt, gracilia ea reddunt ac rugoſa, et quæ ad furorem divinum incitandi omnem jam amiſerint aculeum. Jam vinum novum qui bibunt citiſſime, Antheſterione hoc faciunt menſe, qui hyemem ſubſequitur, diemque illum quo guſtatur novum vinum, nos Boni Dæmonis, A-

Πιθοιγίαν προσαγορεύουσιν· γλεύκους δὲ ζέοντος ἀεὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ τοὺς ἐργάτας δεδιότας ὁρῶμεν. Ἀφέντες οὖν τὸ συκοφαντεῖν, τὰ τῶν θεῶν δῶρα μετίωμεν ἑτέραν ὁδόν, ἣν ὑφηγεῖται τοὔνομα τοῦ χρόνου, καὶ τὴν ὑπηνεμίαν καὶ ψευδῶν ὀνείρων. Φυλλοχόος γὰρ ὀνομάζεται, διὰ ψυχρότητα καὶ ξηρότητα τηνικαῦτα τῶν φύλλων ἀπορρεόντων· πλὴν εἴ τι θερμόν ἐστιν ἢ λιπαρόν, ὡς ἐλαῖαι καὶ δάφναι καὶ φοίνικες· ἢ διερόν, ὡς μυρσίνη καὶ κιττός. Τούτοις γὰρ ἡ κρᾶσις βοηθεῖ, F
τοῖς δὲ ἄλλοις οὔ· οὐ γὰρ διαμένει τὸ ἐχέκολλον καὶ συνεκτικόν, ἢ πηγνυμένης ψυχρότητι τῆς ἰκμάδος, ἢ ξηραινομένης δι' ἔνδειαν ἢ δι' ἀσθένειαν. Ἔστι μὲν οὖν καὶ φυτοῖς ὑγρότητι ἢ θερμότητι τεθηλέναι καὶ αὐξάνεσθαι, μᾶλλον δὲ τοῖς ζώοις· καὶ τοὐναντίον, ἡ ψυχρότης καὶ ἡ ξηρότης ὀλέθριον. Διὸ χαριέντως Ὅμηρος εἴωθεν ΔΙΕΡΟΥΣ ΒΡΟΤΟΥΣ καλεῖν,

E. 3. Πιθοιγίαν] Sumſi a Palat. Xyl. T. V. Anon. Frequentius eſt Πιθοίγια quod item T. habet. Vulgo, πιθαιγία. Mox γλεύκους Xyl. Mez. Steph. in notis.

E. 3. ἀεὶ ἀφαιρεῖσθαι] Forte ἐμφορεῖσθαι. Mez. ἀπαρύεσθαι: quod vertendo expreſſit Xyl.

thenienſes Pithœgiam a doliis aperiundis appellant: videmus autem de muſto fervente adhuc ne operarios quidem haurire. Itaque dona deorum deſinamus calumniari, et alia via diſquiſitionem cauſſæ ingrediamur, ad quam nos ducit temporis nomen, et ventoſorum inaniumque ſomniorum. Autumni enim extremo nomen tribuitur hoc, ut folia dejicere dicatur, quæ tum ob frigus et ſiccitatem plantarum defluunt: niſi quæ calidæ ſunt et pingues, ut oleæ, lauri, palmæ: aut humectæ, ut myrtus et hedera: his enim temperies opitulatur: reliquis non item; non enim gluten quo folia continentur permanet, ſed vel frigore humoris congelat, vel ob inopiam et imbecillitatem exſiccatur. Etenim quod vigent adoleſcuntque plantæ, id habent ab humore aut calore, contraque iis frigus et ſiccitas perniciem adferunt. Itaque eleganter ſolet Homerus homines διεροὺς, id eſt, humidos ſive ſucculentos, appellare: et gaudium

καὶ τὸ μὲν χαίρειν ΙΑΙΝΕΣΘΑΙ· ῬΙΓΕΔΑΝΟΝ δὲ καὶ ΚΡΥΕΡΟΝ,
736 τὸ λυπηρὸν καὶ τὸ φοβερόν. Ὁ δὲ ἄλιβας καὶ ὁ σκελετὸς,
ἐπὶ τοῖς νεκροῖς γέγονε, λοιδορουμένης τὰ ὀνόματα τῆς ξη-
ρότητος. Ἔτι, τὸ μὲν αἷμα κυριωτάτην τῶν ἐν ἡμῖν ἔχον δύ-
ναμιν, ἅμα καὶ θερμόν ἐστι καὶ ὑγρόν· τὸ δὲ γῆρας, ἀμφοῖν
ἐνδεές. Ἔοικε δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ περιιόντος οἷον γῆρας εἶναι τὸ φθι-
νόπωρον· οὔπω γὰρ ἥκει τὸ ὑγρὸν, οὐκέτι δὲ τὸ θερμὸν ἔρρωται·
δεῖγμα δὲ γεγονὸς ἀτεχνῶς ξηρότητος ἅμα καὶ ψυχρότη-
τος, ἐπισφαλῆ ποιεῖ τὰ σώματα πρὸς τὰς νόσους. Τοῖς
δὲ σώμασι τὰς ψυχὰς συμπαθεῖν ἀνάγκη, καὶ μάλιστα
παχυνουμένου τοῦ πνεύματος ἀμαυροῦσθαι τὸ μαντικὸν, ὥσπερ
B κάτοπτρον ὁμίχλης ἀναπιμπλάμενον· οὐδὲν οὖν τρανὸν, οὐ-
δὲν ἔναρθρον οὐδὲ εὔσημον ἐν ταῖς φαντασίαις ἀποδίδωσι,
μέχρι οὗ τραχὺ καὶ ἀλαμπὲς καὶ συνεσταλμένον ἐστίν.

A. 2. τὰ ὀνόματα] Forte rectius cum Reiſk. τὰ deleatur.
A. 7. δεῖγμα] Immo, μῖγμα corrigendum.
A. 10. παχυνμένου] Palat. παχυνομένου: quod vertit Xyl.
B. 3. τραχὺ] παχὺ corrigit Xyl.

ἰαίνεσθαι, (quod eſt, concaleſcere:) contra ῥιγεδανὸν et κρυερὸν, (quaſi rigoris efficax et frigoris,) quod triſte ſit aut formidandum: ἀλίβας autem et σκελετὸς de mortuis dicuntur, quod ut exſuccos eos et aridos traducant. Porro ſanguis qui in nobis principem vim obtinet, ſimul humidus eſt et calidus: ſenectutem utraque deficit qualitas. Videtur autem anni circumeuntis quaſi ſenium eſſe finis Autumni: nondum enim humor appetiit, et tamen caloris vis abiit: itaque, profecto, veluti mixtura frigoris et ſiccitatis facit corpora noſtra ad morbos proclivia. Eſt vero neceſſe ſimul cum corporibus adfici animos, et maxime denſato ſpiritu divinandi facultatem retundi, qui quaſi ſpeculum caligine oppleatur: nihil ergo evidens, nihil articulatum, nihil apertum viſis offert is, quamdiu craſſus, tenebricoſus, et compreſſus manet.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Θ'.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

α΄. Περὶ στίχων εὐκαίρως ἀναπεφωνημένων, καὶ ἀκαίρως.

β΄. Τίς αἰτία δι' ἣν τὸ ἄλφα προτάττεται τῶν στοιχείων.

γ΄. Κατὰ ποίαν ἀναλογίαν ὁ τῶν φωνηέντων καὶ ἡμιφώνων ἀριθμὸς συντέτακται.

δ΄. Ποτέραν χεῖρα τῆς Ἀφροδίτης ἔτρωσεν ὁ Διομήδης.

ε΄. Διὰ τί Πλάτων εἰκοστὴν ἔφη τὴν Αἴαντος ψυχὴν ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐλθεῖν.

ς΄. Τί αἰνίττεται ὁ περὶ τῆς ἥττης τοῦ Ποσειδῶνος μῦθος· ἐν ᾧ καὶ, Διὰ τί τὴν δευτέραν Ἀθηναῖοι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξαίρουσιν.

ζ΄. Τίς αἰτία τῆς εἰς τριάδα διαιρέσεως τῶν μελῶν.

η΄. Τίνι διαφέρει τὰ ἐμμελῆ διαστήματα τῶν συμφώνων.

θ΄. Τίς αἰτία συμφωνήσεως· ἐν ᾧ καὶ, Διὰ τί τῶν συμφώνων ὁμοῦ κρουομένων, τοῦ βαρυτέρου γίνεται τὸ μέλος.

ι΄. Διὰ τί τῶν ἐκλειπτικῶν περιόδων ἡλίου καὶ σελήνης ἰσαρίθμων ὄντων, ἡ σελήνη φαίνεται πλεονάκις ἐκλείπουσα τοῦ ἡλίου.

ια΄. Περὶ τοῦ μὴ τοὺς αὐτοὺς διαμένειν ἡμᾶς, ἀεὶ τῆς οὐσίας ῥεούσης.

ιβ΄. Πότερόν ἐστι πιθανώτερον τὸ ἀρτίους εἶναι τοὺς σύμπαντας ἀστέρας ἢ περιττούς.

ιγ΄. Περὶ τοῦ ἐν τῇ τρίτῃ ῥαψῳδίᾳ τῆς Ἰλιάδος ἀντινομικοῦ ζητήματος.

ιδ΄. Περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Μουσῶν, ὅσα λέγεται μὴ κοινῶς.

ιε΄. Ὅτι τρία μέρη τῆς ὀρχήσεως, φορὰ, καὶ σχῆμα, καὶ δεῖξις· καὶ τί ἕκαστον αὐτῶν, καὶ τίνα κοινὰ ποιητικῆς καὶ ὀρχηστικῆς.

c ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΩΝ ΠΡΟΒΛΗΜΑΤΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

PLUTARCHI

CONVIVALIUM DISPUTATIONUM

LIBER NONUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὸ ἔνατον τῶν Συμποσιακῶν, ὦ Σόσιε Σενεκίων, περιέχει λόγους τοὺς Ἀθήνησιν ἐν τοῖς Μουσείοις
D γενομένους, καὶ μάλιστα τῇ ἐννεάδι ταῖς Μούσαις προσήκειν· ὁ δὲ ἀριθμὸς ἂν ὑπερβάλλῃ τὴν συνήθη δεκάδα τῶν ζητημάτων, οὐ θαυμαστέον· ἔδει γὰρ πάντα ταῖς Μούσαις ἀποδοῦναι τὰ τῶν Μουσῶν, καὶ μηδὲν ἀφελεῖν ὥσπερ ἀφ' ἱερῶν, πλείονα καὶ καλλίονα τούτων ὀφείλοντας αὐταῖς.

PROŒMIUM.

NONUS Convivalium liber, Soſſi Senecio, continet ſermones Athenis habitos in Muſeis: quia novenarius numerus maxime Muſis convenit. Qui liber quod plures denario hactenus uſurpato quæſtiones continet, mirum videri non debet: omnia enim Muſis reddenda erant quæ ad ipſas pertinent, nihil ex iis tanquam ſacrificiis auferendum, quibus plura et pulchriora debemus.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Α΄.

Περὶ στίχων εὐκαίρως ἀναπεφωνημένων, καὶ ἀκαίρως.

QUÆSTIO I.

De verſibus opportune, aut ſecus, pronunciatis.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΑΜΜΩΝΙΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΧΟΣ. ΕΡΑΤΩΝ. ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΙ. ΣΥΝΗΘΕΙΣ ΠΟΛΛΟΙ ΤΟΥ ΑΜΜΩΝΙΟΥ.

PERSONÆ COLLOQUII.

AMMONIUS. PLUTARCHUS. ERATON. LUDIMAGISTRI. FAMILIARES MULTI AMMONII.

α΄. ΑΜΜΩΝΙΟΣ Ἀθήνησι στρατηγῶν, ἀπόδειξιν ἔλαβεν τῷ Διογενίῳ τῶν γράμματα καὶ γεωμετρίαν καὶ τὰ ῥητορικὰ καὶ μουσικὴν μανθανόντων ἐφήβων· καὶ τοὺς εὐδοκιμήσαντας τῶν διδασκάλων ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσε· παρῆσαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων φιλολόγων συχνοὶ, καὶ πάντες ἐπιεικῶς οἱ συνήθεις. Ὁ μὲν οὖν Ἀχιλλεὺς μόνοις τῶν ἠγωνισμένων τοῖς μονομαχήσασι δεῖπνον κατήγγειλε, βου-

D. 17. τῷ Διογενίῳ] Anon. T. V. σὺν τῷ Διογενιανῷ. Mez. ex Amiot. χαριζόμενος τῷ Διογενιανῷ. Vid. Animadverſ.

I. AMMONIUS præturam Athenis gerens, cum Diogenio tenebatur producere concertatum ephebos, qui literas, geometriam, rhetoricen, muſicamque diſcebant. Itaque magiſtros laudem conſecutos ad cœnam vocavit: aderant autem frequentes alii literati, et familiares fere omnes. Sane Achilles de iis qui certarent, ſolis iis, qui ſingulari pugna

E λόμενος, ὥς φασιν, εἴ τις ἐν τοῖς ὅπλοις ὀργὴ πρὸς ἀλλήλους καὶ χαλεπότης γένοιτο, ταύτην ἀφεῖναι καὶ καταθέσθαι τοὺς ἄνδρας ἑστιάσεως κοινῆς καὶ τραπέζης μεταλαβόντας. Τῷ δὲ Ἀμμωνίῳ συνέβαινε τοὐναντίον· ἀκμὴν γὰρ ἡ τῶν διδασκάλων ἅμιλλα καὶ φιλονεικία σφοδροτέραν ἔλαβεν ἐν ταῖς κύλιξι γενομένων· ἤδη δὲ καὶ προτάσεις καὶ προβλήσεις ἦσαν ἄκριτοι καὶ ἄτακτοι.

β'. Διὸ πρῶτον μὲν ἐκέλευσεν ᾆσαι τὸν Ἐράτωνα πρὸς τὴν λύραν· ᾄσαντος δὲ τὰ πρῶτα τῶν ἔργων,

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος,

F ἐπήνεσεν ὡς τῷ καιρῷ πρεπόντως ἁρμοσάμενον· ἔπειτα περὶ στίχων εὐκαιρίας ἐνέβαλε λόγον, ὡς μὴ μόνον χάριν ἀλλὰ καὶ χρείαν ἔστιν ὅτε μεγάλην ἐχούσης. Καὶ ὁ μὲν ῥαψῳδὸς εὐθὺς ἦν διὰ στόματος πᾶσιν, ἐν τοῖς Πτολεμαίου γάμοις ἀγομένου τὴν ἀδελφήν, καὶ πρᾶγμα

E. 5. φιλονεικία] Revocavi ex Palat. Vatic. Venet. Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, φιλονικίαν,

F. 1. ἐπήνεσεν ὡς] Sic Collat. Muret. Mez. Vulgo, ἐπῄνεσά πως.

congreſſuri erant, cœnam promiſit: volens, ut aiunt, ſi qua in armis ira invicem aut ſimultas concepta eſſet, hanc ab iis deponi in convivio menſæque communicatione. Ammonio autem contrarium evenit: nam magiſtrorum contentio inter pocula eſt facta multo vehementior: jamque etiam propoſitiones et quæſtiones confuſæ et incompoſitæ fiebant.

II. Itaque Ammonius primum Eratonem canere ad lyram juſſit. Qui cum Heſiodi operum exordium caneret,

Unica non tantum eſt contentio :—

laudavit quod attemperate id carmen ceciniſſet. Deinde de verſuum opportuna uſurpatione intulit mentionem, quæ non gratiam modo, ſed interdum utilitatem quoque habet magnam. Statimque in ore omnium fuit rhapſodus ille, qui in nuptiis Ptolemæi ſororem ducentis uxorem, quod

δρᾶν ἀλλόκοτον οἰομένου καὶ ἄθεσμον, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐπῶν ἐκείνων,

Ζεὺς δ' Ἥρην ἐκάλεσσε κασιγνήτην ἄλοχόν τε·

Καὶ ὁ παρὰ Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ πρόθυμος ἦν ᾄδειν μετὰ τὸ δεῖπνον, ὥστε προσέπεμψεν αὐτῷ τὸν υἱὸν ἔτι παιδάριον ὄντα τὸν Φίλιππον, ἐπιβαλὼν εὐθύς,

Τὸν παῖδά μοι τὸν δ' ἀξίως Ἡρακλέους
Ἡμῶν τε θρέψαι.——

Καὶ Ἀνάξαρχος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου μήλοις βαλλόμενος 737
παρὰ δεῖπνον, ἐπαναστὰς καὶ εἰπών,

Βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί.

Πάντων δὲ ἄριστος Κορίνθιος παῖς αἰχμάλωτος, ὅτε ἡ πόλις ἀπώλετο, καὶ Μόμμιος ἐκ τῶν ἐλευθέρων τοὺς ἐπισταμένους γράμματα παῖδας εὐθυσκοπῶν ἐκέλευσε γράψαι στίχον, ἔγραψε,

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις οἳ τότ' ὄλοντο.

F. 6. οἰομένου] Forte οἰομένων: vel νομιζομένου cum Reiſk.
F. 9. πρόθυμος—προσέπεμψεν] Forte, ἀπρόθυμος ἦν ᾄδειν, ὅτε προσέπεμψεν—.
A. 6. εὐθυσκοπῶν] Sic Steph. neſcio unde: nec libri quid melius habent, niſi quod Xyl. et Mez. e conjectura ἐπισκοπῶν. Vetus lectio εὐσυσκοπῶν eſt in Ald. Baſ. H. Palat. Vatic. Venet. cujus correctiones ſunt et vulgata; et εὐσκοπῶν Schott. Leonic. T. V. B. et ἐξῆς σκοπῶν Anon. T. V. B.

facinus videbatur inſolens et nefarium, ab his eſſet orſus verſibus:

Juppiter uxorem poſt hæc vocat, atque ſororem.

Et alius qui apud Demetrium regem a cœna, cum ei filium Philippum adhuc puerulum miſiſſet, promte cecinit:

Hunc filium mihi tu, ceu dignum eſt Hercule
Nobiſque, cura educere.——

Et Anaxarchus in cœna malis petitus ab Alexandro ſurgens, dicenſque,

Aliquis manu ferietur mortali deus.

Omnium optime Corinthius puer captivus, qui, cum, patria ejus capta, Mummius de ingenuis pueris produceret qui literas ſcirent, et ſcripturam eorum inſpiceret, hunc ipſe exaravit verſum:

Terque quaterque illos, qui tum periere, beatos.

καὶ γὰρ παθεῖν τι τὸν Μόμμιόν φασι καὶ δακρῦσαι, καὶ πάντας ἀφεῖναι ἐλευθέρους τοὺς τῷ παιδὶ προσήκοντας. Ἐμνήσθη τι καὶ τῆς Θεοδώρου τραγῳδοῦ γυναικὸς οὐ
B προσδεξαμένης αὐτὸν ἐν τῷ συγκαθεύδειν, ἐγγὺς τοῦ ἀγῶνος ὄντος· ἐπεὶ δὲ νικήσας εἰσῆλθεν πρὸς αὐτὴν, ἀσπασαμένης, καὶ εἰπούσης;

Ἀγαμέμνονος παῖ, νῦν ἐκεῖν᾽ ἔξεστί σοι.

γ΄. Ἐκ δὲ τούτου πολλὰ καὶ τῶν ἀκαίρων ἐνίοις ἐπῄει λέγειν, ὡς οὐκ ἄχρηστον εἰδέναι καὶ φυλάττεσθαι. Οἷον Πομπηΐῳ Μάγνῳ φασὶν ἀπὸ τῆς μεγάλης ἐπανήκοντι στρατιᾶς τὸν διδάσκαλον τῆς θυγατρὸς ἀπόδειξιν διδόντα, βιβλίου κομισθέντος ἐνδοῦναι τῇ παιδὶ τοιαύτην ἀρχὴν,

Ἤλυθες ἐκ πολέμου· ὡς ὤφελες αὐτόθ᾽ ὀλέσθαι.

Κασσίῳ δὲ Λογγίνῳ λόγου προσπεσόντος ἀδεσπότου, τὸν
C υἱὸν ἐπὶ ξένης τεθνάναι, καὶ τὸ ἀληθὲς οὐκ ἔχοντι

A. 11. Θεοδώρου τραγῳδοῦ] Nullus dubito quin articulus τοῦ inter has duas voces exciderit.
B. 5. τῶν ἀκαίρων] τῶν addidi ex Palat.
B. 8. στρατιᾶς—διδάσκαλον] Forte στρατείας. Ceterum δὲ poſt τὸν omiſi cum Palat. Baſ. Xyl. Mez.

commotum enim ferunt nonnihil Mummium illachrymaſſe, liberoſque dimiſiſſe omnes pueri hujus adfines. Mentio etiam facta eſt uxoris Theodori tragœdi, quæ eum imminente certamine ſecum concumbere non eſt paſſa: ſed poſtquam intravit ad eam victoria potitus, amplexa, ſicque allocuta eſt,

Agamemnonis proles, nunc iſta tibi licent.

III. Exinde multa etiam intempeſtive dicta a nonnullis ſunt recitata, quo ſcire ea et cavere non eſſet inutile. Quale eſt, quod narratur Pompeio Magno ab ingenti illa expeditione reverſo, magiſtrum filiæ, ut ſpecimen ederet eruditionis, libro allato eam hinc juſſiſſe ordiri:

E bello rediiſti, utinamque in eo periiſſes.

Caſſio Longino cum allatus incerto auctore rumor eſſet de filii, qui peregre erat, morte, neque verum comperire, du-

εἰπεῖν, οὐδὲ ἀνελεῖν τὸ ὕποπτον, εἰσελθὼν συγκλητικὸς ἀνὴρ πρὸς αὐτὸν ἤδη πρεσβύτερος, Οὐ καταφρονήσεις, ἔφη, Λογγῖνε, λαλιᾶς ἀπίστου καὶ κακοήθους φήμης, ὥσπερ οὐκ εἰδὼς οὐδ' ἀνεγνωκὼς τό,

Φήμη δ' οὔ τις πάμπαν ἀπόλλυται.

Ὁ δ' ἐν Ῥόδῳ στίχον αἰτήσαντι γραμματικῷ ποιημάτων δεῖξιν ἐν τῷ θεάτρῳ προτείνας,

Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων,

ἄδηλον εἴτε παίζων ἐφύβρισεν, εἴτε ἄκων ἠστόχησε. Ταῦτα μὲν οὖν παρηγόρησεν ἀστείως τὸν θόρυβον.

C. 2. εἰπεῖν] Forte εὑρεῖν, vel ἑλεῖν.

bitationemque amoliri poſſet: ſenator jam grandior natu eum adiit, et: *Cur*, inquit, *Longine, non contemnis rumorem malignum et fide indignum? cum noris et legeris illud*,

Fama quidem non tota perit vel decipit ulla.

Qui vero Rhodi grammatico verſum exigenti cum in theatro is documentum ſuæ artis ederet, hunc protulit,

Mox ex inſula abi, neque enim te turpior alter:

obſcurum eſt contumelioſene voluerit jocari, an imprudens errorem commiſerit. Hæc quidem tumultum urbane ſedaverunt.

D

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Β'.

Τίς αἰτία δι' ἣν τὸ Ἄλφα προτέτακται τῶν στοιχείων.

QUÆSTIO II.

Cur A principem inter literas locum obtineat.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΑΜΜΩΝΙΟΣ. ἙΡΜΕΙΑΣ. ΠΡΩΤΟΓΕΝΗΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

AMMONIUS. HERMIAS. PROTOGENES.

α'. ἜΘΟΥΣ δὲ ὄντος ἐν τοῖς Μουσείοις κλήρους περιφέρεσθαι, καὶ τοὺς συλλαχόντας ἀλλήλοις προτείνειν φιλόλογα ζητήματα, φοβούμενος ὁ Ἀμμώνιος μὴ τῶν ὁμοτέχνων τινὲς ἀλλήλοις συλλάχωσι, προσέταξεν ἄνευ κλήρου γεωμέτρην γραμματικῷ προτεῖναι, καὶ ῥητορικῷ
E μουσικόν· εἶτα ἔμπαλιν ἀναστρέφειν τὰς ἀνταποδόσεις.

β'. Προὔτεινεν οὖν ὁ Ἑρμείας ὁ γεωμέτρης Πρωτο-

D. 2. Τίς αἰτία δι' ἣν—.] Vulgo huic titulo ſubjicitur titulus Problematis γ'. et ambo Problemata in unum continuantur. Reſtitui verum ordinem auctoritate Indicis ſingulorum Librorum, et fide codicum Palat. et Vatic.

E. 2. ὁ Ἑρμείας ὁ γεωμέτρης] Prior articulus delendus.

I. CÆTERUM cum moris eſſet in Muſeis, ut ſortes circumferrentur, et qui eis inter ſe componerentur, alter alteri eruditas proponeret quæſtiones: metuens Ammonius ne inter ſe committerentur qui eandem profiterentur artem, præcepit ut citra ſortionem geometra grammatico, rhetor muſico proponeret, idque viciſſim.

II. Proinde princeps Hermeias geometra propoſuit

γένει τῷ γραμματικῷ πρῶτος, αἰτίαν εἰπεῖν δι' ἣν τὸ Ἄλφα προτάττεται τῶν γραμμάτων ἁπάντων. Ὁ δὲ τὴν ἐν ταῖς σχολαῖς λεγομένην ἀπέδωκε· τὰ μὲν γὰρ φωνήεντα τῷ δικαιοτάτῳ λόγῳ προτεύει τῶν ἀφώνων καὶ ἡμιφώνων· ἐν δὲ τούτοις τῶν μὲν μακρῶν ὄντων, τῶν δὲ βραχέων, τῶν δὲ ἀμφοτέρων καὶ διχρόνων λεγομένων, ταῦτα εἰκότως τῇ δυνάμει διαφέρειν· αὐτῶν δὲ τούτων πάλιν ἡγε- F
μονικωτάτην ἔχειν τάξιν, ὃ προτάττεσθαι τῶν ἄλλων δυοῖν, ὑποτάττεσθαι δὲ μηδετέρῳ πέφυκεν, οἷόν ἐστι τὸ Ἄλφα· τοῦτο γὰρ οὔτε τοῦ ἰῶτα δεύτερον, οὔτε τοῦ υ ταττόμενον ἐθέλει ὁμολογεῖν, οὐδὲ ὁμοπαθεῖν, ὥστε συλλαβὴν μίαν ἐξ ἀμφοῖν γενέσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ἀγανακτοῦν καὶ ἀποπηδῶν ἰδίαν ἀρχὴν ζητεῖν ἀεί· ἐκείνων δὲ ὁποτέρῳ βούλει προταττόμενον ἀκολουθοῦντι καὶ συμφωνοῦντι χρῆσθαι, καὶ συλλαβὰς ὀνομάτων ποιεῖν ὥσπερ τοῦ ΑΥΡΙΟΝ, καὶ τοῦ ΑΥΞΕΙΝ, καὶ τοῦ ΑΙΑΝΤΟΣ, καὶ τοῦ ΑΙΔΕΙΣΘΑΙ, καὶ μυρίων ἄλλων. Διὸ 73

E. 6. προτεύει] Legendum, πρωτεύειν.
E. 8. ἀμφοτέρων] ἀμφότερον Palat. Vatic.
F. 7. ὁποτέρῳ] Sic Baſ. Xyl. ὁποτέρω Anon. Mez. T. Vulgo, ὁπότερον.

grammatico Protogeni hanc quæſtionem, *cur Alpha primum inter literas haberet locum.* Is cauſſam attulit, quæ tradi in ſcholis ſolet, vocales optimo jure mutis et ſemivocalibus anteire: vocalium alias longas, alias breves haberi, alias ancipites: de quibus ancipites haud dubie prærogativam habeant: rurſum de ancipitibus ordine eam reliquis facile priorem, quæ utrique præponi, neutri poſtponi ſoleat: tale autem eſſe Alpha: id enim neque poſt iota, neque poſt ypſilon collocatum in unam cum iis coire vult ſyllabam, ſed veluti indignans reſilit, ſuumque quærit primordium: iſtorum utri Alpha præpoſueris, conſonabunt, unamque ſuo obſequio facient ſyllabam, ut in *auſter*, *aura*, *maia*, *Ajax*, et innumeris aliis. Itaque tribus his tan-

τοῖς τρισὶν, ὥσπερ οἱ πένταθλοι, περίεστι καὶ νικᾷ, τὰ μὲν πολλὰ τῷ φωνᾶεν εἶναι, τὰ δὲ αὖ φωνᾶεντα ἐν τῷ δίχρονον, ταῦτα δὲ αὐτοῖς τῷ πεφυκέναι καθηγεῖσθαι, δευτερεύειν δὲ μηδέποτε, μηδὲ ἀκολουθεῖν.

γ'. Παυσαμένου δὲ τοῦ Πρωτογένους, καλέσας με ὁ Ἀμμώνιος, Οὐδὲν, ἔφη, σὺ τῷ Κάδμῳ βοηθεῖς ὁ Βοιώτιος, ὅν φασι τὸ Ἄλφα πάντων προτάξαι, διὰ τὸ Φοίνικας οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν, οὐ δεύτερον, οὐδὲ τρίτον, ὥσπερ Ἡσίοδος, ἀλλὰ πρῶτον τίθεσθαι τῶν ἀναγκαίων; Οὐδὲν, ἔφην ἐγὼ, τῷ γὰρ ἐμῷ πάππῳ βοηθεῖν, εἴ τι δύναμαι, δίκαιός εἰμι μᾶλλον ἢ τῷ τοῦ Διονύσου. Λαμπρίας
B γὰρ ὁ ἐμὸς πάππος ἔλεγε, Πρώτην φύσει φωνὴν τῶν ἐνάρθρων ἐκφέρεσθαι διὰ τῆς τοῦ Ἄλφα δυνάμεως· τὸ γὰρ ἐν τῷ στόματι πνεῦμα ταῖς περὶ τὰ χείλη μάλιστα πλάττεσθαι κινήσεσιν, ὧν πρώτην ἀνοιγομένων τὴν ἄνω διάστασιν οὖσαν ἐξιέναι τοῦτον τὸν ἦχον, ἁπλοῦν ὄντα κο-

A. 9. βοῦν, οὐ] Forte βοῦν, ὃν οὐ: vel βοῦν καὶ οὐ—. ut Mez.
B. 4. πλάττεσθαι] Sic Ald. Baſ. Xyl. Palat. Venet. Vatic. At Steph. et ſequentes πράττεσθαι.

quam quinquertio vincit: pleraſque alias literas eo quod vocalis eſt: vocales, quod anceps: ancipites, quod ſemper eas præcedit, nunquam ſubſequitur.

III. Deſinente Protogene, me appellans Ammonius: Tu vero, inquit, homo Bœotus non opitularis Cadmo? quem ferunt ideo Alpha primum literarum poſuiſſe, quod bos ita Phœnicum lingua dicitur, quem non ſecundum, aut, ut Heſiodus, tertium, ſed primum inter res neceſſarias exiſtimant. Nihil vero, inquam: ſi quid enim poſſum, meo potius quam Bacchi avo me patrocinari æquum eſt. Lamprias enim avus meus aiebat, primam natura vocem articulatam facultate literæ A efferri. Nam ſpiritum qui in ore eſt, maxime labiorum motibus fingi, quibus ſurſum verſum diductis, primo exeat ſonus iſte ſimplex admodum,

μηδὲν καὶ μηδεμιᾶς δεόμενον πραγματείας· μηδὲ τὴν γλῶτταν παρακαλοῦντα, μηδ' ὑπομένοντα, ἀλλὰ κατὰ χώραν ὑποκειμένης ἐκείνης ἐκπεμπόμενον· ἢ καὶ τὰ νήπια ταύτην πρώτην ἀφιέναι φωνήν· ὠνομάσθαι δὲ καὶ τὸ C
ΑΙΕΙΝ ἐπὶ τοῦ φωνῆς αἰσθάνεσθαι, καὶ πολλὰ τῶν ὁμοίων, ὥσπερ καὶ τὸ ἉΔΕΙΝ, καὶ τὸ ΑΥΛΕΙΝ, καὶ τὸ ΑΛΑΛΑΖΕΙΝ. Οἶμαι δὲ καὶ τὸ ΑΙΡΕΙΝ καὶ τὸ ΑΝΟΙΓΕΙΝ οὐκ ἀπὸ τρόπου τῇ τῶν χειλῶν ἀνοίξει καὶ ἄρσει, καθ' ἣν οὗτος ἐκπίπτει τοῦ στόματος ὁ φθόγγος, ὠνομάσθαι. Διὸ καὶ τὰ τῶν ἀφώνων γραμμάτων ὀνόματα, πλὴν ἑνός, ἅπαντα προσχρῆται τῷ ἄλφα, καθάπερ φωτὶ τῆς περὶ αὐτὰ τυφλότητος· τοῦ δὲ ΠΙ μόνον ἄπεστιν ἡ δύναμις αὕτη· τὸ γὰρ ΦΙ καὶ τὸ ΧΙ, τὸ μέν, ἐστι ΠΙ, τὸ δέ, ΚΑΠΠΑ δασυνόμενον.

C. 1. φωνήν· ὠνομάσθαι δὲ καὶ τὸ αἴειν] Secutus ſum Xylandrum, ut minus ceteris corruptum: præterea ἀεὶ εἶναι cum T. V. Amiot. Mez. mutari in αἴειν, ut verti. Vulgo, φωνὴν ὀνομάσαι, καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι.

et nullum exhibens negotium, neque linguæ operam flagitans vel expectans, ſed, ea ſuo ſe loco continente, emiſſus: itaque etiam infantes hanc primum edere vocem: et αἴειν dici *audire*, id eſt, vocem ſentire: et multa alia, ut ᾄδειν, αὐλεῖν, ἀλαλάζειν. Puto etiam αἴρειν et ἀνοίγειν haud abs re ſic dicta, quod labiorum ſublatione et apertione hæc vox ore excidit. Quin et mutarum nomina literarum, hac tanquam illuſtratione ſuæ utuntur cæcitatis, ut Beta, Gamma, reliqua: ſolum Pi carere hac facultate, cum Phi et Chi non ſint niſi Pi et Kappa aſpiratum.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Γ΄.

Κατὰ ποίαν ἀναλογίαν ὁ τῶν φωνηέντων καὶ ἡμιφώνων ἀριθμὸς συντέτακται.

QUÆSTIO III.

Qua proportione numeri Vocalium et Semivocalium comparentur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ἙΡΜΕΙΑΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΖΩΠΥΡΙΩΝ.

PERSONÆ COLLOQUII.

HERMIAS. PLUTARCHUS. ZOPYRION.

α΄. ΠΡΟΣ ταῦτα τοῦ Ἑρμείου φήσαντος, Ἀμφο-
D τέρους ἀποδέχεσθαι τοὺς λόγους, Τί οὖν, ἔφην, Οὐ καὶ σὺ δηλοῖς ἡμῖν εἴ τις ἔστι λόγος τοῦ ἀριθμοῦ τῶν στοιχείων, ὥς γε μοι δοκεῖ· Τεκμήριον δὲ ποιοῦμαι τὸ μὴ κατὰ τύχην τῶν ἀφώνων καὶ ἡμιφώνων πρός τε ἄλληλα καὶ πρὸς τὰ φωνήεντα γεγονέναι τὸ πλῆθος, ἀλλὰ κατὰ τὴν πρώτην ἀναλογίαν, ἀριθμητικὴν δὲ καλουμένην

C. 12. ΠΡΟΒΛΗΜΑ γ΄.] Hæc antea continuata disjunxi. Vide p. 737. C.
D. 1. Τί οὖν, ἔφην, Οὐ καὶ σύ—] Sic T. V. Mez. Vulgo, Τί οὖν, ἔφην αὖ, καὶ σύ.

I. CUM ad hæc Hermeias diceret, utramque ſibi rationem probari: Cur ergo, aiebam, non tu nobis explicas ſi qua ſit ratio numeri literarum? Mihi quidem eſſe videtur, idque colligo inde, quod non fortuito mutæ et ſemivocales inter ſe et cum vocalibus comparatæ ſuam habent multitudinem, ſed ſecundum primam proportionem, quam

τετράδι μηνὸς ἱσταμένης γενέσθαι τὸν θεὸν ἱστοροῦσι. Τὰ δὲ δὴ πρῶτα καὶ Φοινίκεια διὰ Κάδμον ὀνομασθέντα, τετράκις ἡ τετρὰς γενομένη παρέσχε· καὶ τῶν αὖθις ἐφευρεθέντων δὲ, Παλαμήδης τε πρότερος τέτταρα, καὶ Σιμωνίδης αὖθις ἄλλα τοσαῦτα προσέθηκε. Καὶ μὴν ὁ πάντων ἀριθμῶν πρῶτος τέλειος, ἡ μὲν τριὰς, ὡς ἀρχὴν καὶ μέσον ἔχουσα καὶ τέλος, ἡ δὲ ἑξὰς ὡς ἴση τοῖς αὐτῆς μέρεσι γενομένη δῆλόν ἐστι· τούτων τοίνυν, ἡ μὲν ἑξὰς ὑπὸ τῆς τετράδος πολλαπλασιασθεῖσα πρῶτον κύβον πρῶτος τέλειος, τὸ τῶν τεττάρων καὶ εἴκοσι παρέσχηκε πλῆθος.

γ'. Ἔτι δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ὁ γραμματιστὴς Ζωπυρίων δῆλος ἦν καταγελῶν, καὶ παρεφθέγγετο· παυσαμένου δὲ, οὐ κατέσχεν, ἀλλὰ φλυαρίαν τὰ τοιαῦτα πολλὴν

739 ἀπεκάλει· μηδενὶ γὰρ λόγῳ, συντυχίᾳ δέ τινι καὶ τὸ

F. 3. ὀνομασθέντα] Sic Palat. Vulgo, ὀνομασθέντα.
F. 8. μέσον ἔχουσα] Scripſi cum Mez. Vulgo, μέσην ἔχουσα.
F. 9. αὐτῆς] Sic Palat. Mez. Vulgo, αὐτοῦ.
F. 10. πρῶτον κύβον πρῶτος τέλειος] Legendum cum Mez. et Amiot. ὑπὸ δὲ τοῦ πρώτου κύβου πρῶτος τέλειος.

tus, et multi ſunt, qui eum ſe quarta menſis die natum ferant. Primum autem inventas ſedecim literas, quæ Phœniciæ propter Cadmum dicuntur, quaternio quater ſumtus exhibet: et de his quæ poſtmodo additæ ſunt, quatuor Palamedes, quatuor alias Simonides reperit. Jam omnium numerorum primus eſt perfectus ternarius, principio, medio et fine conſtans: ſenarius, quia omnibus ſui partibus æquatur: de his igitur ſenarius, a quaternario multiplicatus, primus perfectus a primo quadrato, multitudinem viginti quatuor procreavit.

III. Adhuc eo loquente Zopyrio grammaticus haud obſcure deridebat ac ſubmurmurabat: ceſſante autem, ſe non continuit quin magnas iſthæc eſſe nugas diceret: non enim ratione aliqua, ſed for-

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Δ'.

Ποτέραν χεῖρα τῆς Ἀφροδίτης ἔτρωσεν ὁ Διομήδης.

QUÆSTIO IV.

Utram Veneris manum ſauciarit Diomedes.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ἙΡΜΕΙΑΣ. ΖΩΠΥΡΙΩΝ. ΜΑΞΙΜΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

HERMIAS. ZOPYRION. MAXIMUS.

α'. ΜΕΤΑ δὲ ταῦτα, τὸν μὲν Ἑρμείαν βουλόμενόν τι προβαλεῖν τῷ Ζωπυρίωνι, ἀπεκωλύσαμεν. Ὁ δὲ ῥήτωρ Μάξιμος ἄποθεν ἐρώτησεν αὐτὸν ἐκ τῶν Ὁμήρου, Ποτέραν χεῖρα τρώσειεν τῆς Ἀφροδίτης ὁ Διομήδης. Ταχὺ δὲ τοῦ Ζωπυρίωνος ἀντερομένου, Ποτέρῳ σκέλει χωλὸς ἦν ὁ Φίλιππος· Οὐχ ὅμοιον, εἶπεν ὁ Μάξιμος· οὐδεμίαν γὰρ ὁ Δημοσθένης ἀπολογίαν περὶ τούτου δέδωκε· σὺ δ᾽ ἂν ἀπορεῖν ὁμολογήσῃς, ἕτεροι δείξουσιν ὅπου

B. 7. σὺ δ᾽ ἂν] Sic Palat. Vulgo, σὺ δὲ ὧν ex Schott. Leonic. Anon. σὺ δὲ ἦν Mez. σὺ δὲ ἂν T. Baſ. Xyl. σὺ δὲ ὧν Ald.

I. SECUNDUM hæc Hermeiam aliquid proponere volentem Zopyrioni, nos prohibuimus. Rhetor autem Maximus procul eum interrogavit, utram Veneris manum Diomedes vulneraverit. Confeſtim vero viciſſim interrogante Zopyrione, Utro pede claudicaverit Philippus: Alia res eſt, inquit Maximus: nam de hoc quidem nullum argumentum præbuit Demoſthenes: tu ſi te ignorare fatearis, alii oſtendent quo loco manum vulneratam indicet acutis

Οἶμαι δὲ καὶ σὲ, εἶπεν, ὦ βέλτιστε διδασκάλων, ὅταν τινὰ
τῶν μαθητῶν φιλοφρονούμενος καταψᾷς καὶ καταρρέξῃς,
μὴ τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ τῇ δεξιᾷ·
καθάπερ εἰκός ἐστι καὶ τὴν Ἀφροδίτην, ἐπιδεξιωτάτην
E θεῶν οὖσαν, οὕτω φιλοφρονεῖσθαι τὰς ἡρωΐδας.

Exiſtimo autem te quoque, optime magiſter, cum aliquem diſcipulorum comiter demulces, atque palpas, non ſiniſtra id manu, ſed dextra facere: quo modo veriſimile eſt Venerem blandiſſimam deorum heroinas contrectaſſe deliniendi gratia.

Ἀλλ' ἴθι δεῦρο ἄναξ, ἵν' ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς
Ἡμέτερον· δάμασον δὲ μένος ϗ ἀτειρέα θυμόν·

ἔτι δὲ ὁμολογῶν ὑπὸ ὀργῆς ὁ Ὕλας ἀπεκρίνατο σκαιῶς, τὴν μὲν Αἴαντος ἔφη ψυχὴν, εἰκοστὴν λαχοῦσαν ἐν ᾅδου διαμείψασθαι, κατὰ τὸν Πλάτωνα, φύσιν λέοντος· αὐτῷ δὲ πολλάκις παρίστασθαι καὶ τὰ τοῦ κωμικοῦ γέροντος,

Ὄνον γενέσθαι κρεῖττον ἢ τοὺς χείρονας
Ὁρᾷν ἑαυτοῦ ζῶντας ἐπιφανέστερον.

Καὶ ὁ Σῶσπις γελάσας, Ἀλλὰ ἕως μέλλομεν ἐνδύεσθαι
740 τὸ κανθήλιον, εἴ τι κήδει Πλάτωνος, δίδαξον ἡμᾶς ᾧ τινι λόγῳ τὴν τοῦ Τελαμωνίου ψυχὴν πεποίηκεν ἀπὸ κλήρου βαδίζουσαν εἰκοστὴν ἐπὶ τὴν αἵρεσιν. Ἀποσκορακίσαντος τοῦ Ὕλα, (χλευάζεσθαι γὰρ ᾤετο δυσημερῶν) ὑπολαβὼν ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν, Τί οὖν, εἶπεν, οὐ δευτερεῖα μὲν ὁ Αἴας κάλλους καὶ μεγέθους καὶ ἀνδρείας ἀεὶ φέρεται μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα; τὰ δὲ εἴκοσι, δεύ-

F. 5. ὁμολογῶν] Forte, θυμομαχῶν, vel θυμαλγῶν. Mez. corrigit ὀργῶν, Xyl. ἐπεὶ δὲ ὁμολογῶν.

Verum ades huc, adbibeque meis ſermonibus aures,
Et mentem compeſce lubens animumque ferocem.

Neque diſſimulavit Hylas ſe præ ira ſiniſtre reſpondere. Ajacis, inquit, anima vigeſimo loco ad ſortitionem apud inferos ducta, ſuam cum leonina commutavit naturam: mihi vero ſæpe ad animum accidunt verba comici ſenis hæc,

Præſtat aſinus fias, quam qui valent minus
Virtute, ut videas lautius ac te vivere.

Tum ridens Soſpis, Enimvero, inquit, interim dum in aſinos mutamur, ſi qua tibi cura Platonis eſt, expone nobis, quanam ratione is Ajacis Telamonii animam vigeſimo loco a ſortitione ad delectum iviſſe ſcripſerit. Cum Hylas abominaretur, ut qui ſubſannari ſe ob rem non ſatis feliciter geſtam putaret: frater meus excipiens ſermonem, Quid? inquit, nonne Ajax ſemper ab Achille ſecundus habetur pulchritudine, magnitudine, et fortitudine? eſt au-

τὸν ἀέρα· κἀκεῖθεν αὖθις ἐπὶ τὰς δευτέρας γενέσεις τρέπονται. Τί δὴ κωλύει καὶ τὸ εἰκοστὸν εἰρῆσθαι πρὸς ὃ μὴ ἀληθὲς, ἀλλὰ εἰκὸς τοῦ λόγου καὶ πλαττόμενον, ἢ πρὸς τὸν κλῆρον ὡς εἰκῆ καὶ κατὰ τύχην γινόμενον; Ἀεὶ μὲν γὰρ ἅπτεται τῶν τριῶν αἰτιῶν, ἅτε δὴ πρῶτος ἢ μάλιστα συνιδὼν ὅπη τὸ καθ᾽ εἱμαρμένην τῷ κατὰ
D τύχην, αὖθις τε τὸ ἐφ᾽ ἡμῖν ἑκατέρῳ καὶ συναμφοτέροις ἐπιμίγνυσθαι καὶ συμπλέκεσθαι πέφυκε. Νῦν δὲ θαυμαστῶς, ἣν ἔχει δύναμιν τοῖς ἡμετέροις πράγμασιν ἕκαστον ὑποδεδήλωκε· τὴν μὲν αἵρεσιν τῶν βίων τῷ ἐφ᾽ ἡμῖν ἀποδιδοὺς, ἀρετὴ γὰρ ἀδέσποτον καὶ κακία· τὸ δὲ εὖ βιοῦν τοὺς ὀρθῶς ἑλομένους, καὶ τἀναντία τοὺς κακῶς, εἱμαρμένης ἀνάγκῃ συνάπτων· αἱ δὲ τῶν κλήρων ἀτάκτως διασπειρομένων ἐπιπτώσεις τὴν τύχην παρεισάγουσι καὶ

C. 4. εἰκὸς τοῦ λόγου] Ita ex emendatione Anon. T. V. Mez. Vulgo, εἰκοστοῦ λόγου.

C. 5. κλῆρον] Ita ex mea emendatione. Vulgo, νεκρόν. Vatic. κνηρόν. Palat. καιρὸν sic ſuperſcripto νε. His indiciis non dubium, quin κλῆρον germanum ſit. Vim verbi requirebat Mez. notans τυχηρόν.

D. 4. τῶν βίων τῷ ἐφ᾽ ἡμῖν] Tranſpoſui articulos. Vulgo, τῷ βίῳ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν. Ald. Baſ. Xyl. Venet. Palat. Vatic. τῷ βίῳ τῷ ἐφ᾽ ἡμῖν.

D. 6. εὖ βιοῦν] Sic Palat. Mez. Vulgo, εὐσεβῶν.

ire, indeque ad ſecundum ortum ſe conferre. Quid ergo impedit quin εἰκοστὸν (quod vigeſimum ſignificat,) dixerit quaſi εἰκὸς, (quod eſt opinabile): quod fabulam fingeret de anima mortui. Semper enim tres cauſſas Plato attingit, quas et vel primus, vel maxime animadvertit: nempe quatenus fatum, fortuna, et arbitratus noſter ſoleant commiſceri, interque ſe conſeri. Nunc autem mirabiliter ſignificavit quam vim unumquodque noſtris in rebus habeat: delectum vitæ noſtro adſcribens arbitrio; nam virtus et vitium libera ſunt: quod autem pie vivunt qui recte delegerunt, contra qui male, id fatali neceſſitate devinciens: ſortium autem abſque ordine diſperſarum accidentia, fortu-

τροφαῖς καὶ πολιτείαις, ὧν ἕκαστοι λαγχάνουσι, πολλὰ τῶν ἡμετέρων προκαταλαμβάνουσαι. Ὅρα δὴ μὴ τῶν κατὰ τύχην αἰτίαν ζητεῖν ἄλογόν ἐστιν· ἂν γὰρ ἔν τινι λόγῳ φαίνηται γεγονὼς ὁ κλῆρος, οὐκέτι γίνεται κατὰ τύχην, οὐδὲ αὐτομάτως, ἀλλ' ἔκ τινος εἱμαρμένης καὶ προνοίας.

γ'. Ἔτι δὲ τοῦ Λαμπρίου λέγοντος, ὁ γραμματικὸς E
ἤδη Μάρκος ἐδόκει τι συλλογίζεσθαι καὶ διαριθμεῖν πρὸς αὑτόν· ἔπειτα παυσαμένου, Τῶν Ὁμηρικῶν ὅσας ἐν νεκυίᾳ κατωνόμακεν, ἡ μὲν Ἐλπήνορος οὔπω καταμεμιγμένη ταῖς ἐν ᾅδου διὰ τὸ μὴ τεθάφθαι τὸν νεκρὸν, ὥσπερ ἐν μεθορίοις πλανᾶται· τὴν δὲ Τειρεσίου ταῖς ἄλλαις οὐκ ἄξιον δήπου συγκαταριθμεῖν,

D. 9. τροφαῖς—προκαταλαμβάνουσαν] Ita dedi, partim e codicibus, partim conſequenter. Vulgo, τροφὰς καὶ πολιτείας, ὧν ἕκαστοι λαγχάνουσι, πολλαὶ τῶν ἡμετέρων προκαταλαμβάνουσιν, quod Steph. ex Schott. et Leonic. ſumſit: τροφαῖς habent Ald. Baſ. Xyl. Palat. Vatic. Mez. πολιτείαις Baſ. Xyl. Palat. Vatic. Mez. πολλὰ Palat. Vatic. προκαταλαμβάνουσαν Mez.

E. 3. Τῶν Ὁμηρικῶν] Legendum cum Mez. et verſ. Xyl. τῶν Ὁμηρικῶν, ἔφη, ψυχῶν.

E. 5. ταῖς ἐν ᾅδου—συγκαταριθμεῖν] Vulgo, ταῖς ᾅδου, διὰ τὸ τεθάφθαι τὸν νεκρὸν —τὴν Τειρεσίου ταῖς ἄλλαις οὐκ ἄξιον δήπου καταριθμεῖν. Aſſumſi ἐν ex Leonic. Mez. μὴ ex Palat. Leonic. Baſ. Xyl. T. Mez. δὲ ex Anon. T. V. Mez. συγκαταριθμεῖν ex Palat.

nam inſinuat educatione et civili vita quæ cuique obtingit, multæ noſtrorum præoccupantem. Perpende autem hoc, fortuitorum cauſſam quærere eſſe a ratione alienum: ſi enim ratione quadam ſors videatur eveniſſe, non jam fortunæ, non caſui, ſed fato cuidam et providentiæ imputari debet.

III. Loquente adhuc Lampria, apparebat Marcum grammaticum aliquid ſupputare et numerare ſecum. Cum autem dicendi finem ille feciſſet, tum Marcus, Quas Homerus, inquit, animas in Necya recenſet, de his anima Elpenoris non eſt in numerum referenda, inſepulto corpore nondum reliquis permixta manibus, ſed in finibus etiamnum vagans. Tireſiæ quoque anima reliquis adnumeranda non eſt,

Ὡ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
Οἴῳ πεπνῦσθαι,——

καὶ διαλέγεσθαι, καὶ ξυνιέναι τῶν ζώντων, πρὶν ἢ πιεῖν τοῦ
F αἵματος. Ἂν οὖν ταύτας ἀπεξελόμενος, ὦ Λαμπρία, τὰς ἄλλας διαριθμῇς, αὐτῷ συμβαίνει τὴν Αἴαντος εἰκοστὴν εἰς ὄψιν ἀφῖχθαι τοῦ Ὀδυσσέως· καὶ πρὸς τοῦτο παίζειν τὸν Πλάτωνα τῇ Ὁμηρικῇ νεκυίᾳ προσαναχρωννύμενον.

F. 1. τὰς ἄλλας] Sic Palat. Vulgo, τοὺς ἄλλους.
F. 2. αὐτῷ] Sic Anon. Leonic. Schott. T. V. B. Vulgo, αὐτό.

Cui vita functo tribuit Proſerpina mentem,
Ut ſolus ſaperet.——

colloquereturque cum viventibus et eos intelligeret, priuſquam biberet ſanguinem. His ergo ſubtractis ſi reliquas, Lampria, numeres, invenies Ajacem vigeſimum in conſpectum veniſſe Ulyſſis: et huc alludere Platonem.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ ς'.

Τί αἰνίττεται ὁ περὶ τῆς ἥττης τοῦ Ποσειδῶνος μῦθος· ἐν ᾧ καὶ διὰ τί τὴν δευτέραν Ἀθηναῖοι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἐξαιροῦσιν.

QUÆSTIO VI.

Quid innuat fabula de victo Neptuno: et ſimul, cur Athenienſes ſecundam diem Boëdromioni menſi eximant.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΜΕΝΕΦΥΛΛΟΣ. ὙΛΑΣ. ΛΑΜΠΡΙΑΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

MENEPHYLLUS. HYLAS. LAMPRIAS.

ΘΟΡΥΒΗΣΑΝΤΩΝ δὲ πάντων, Μενέφυλλος ὁ 741
Περιπατητικὸς προσαγορεύσας τὸν Ὕλαν, Ὁρᾶτε, εἶπεν, ὡς οὐκ ἦν τὸ ἐρώτημα χλευασμὸς, οὐδὲ ὕβρις· ἀλλ' ἀφεὶς, ὦ μακάριε, τὸν δυστράπελον Αἴαντα καὶ δυσώνυμον, ὡς φησὶ Σοφοκλῆς, γενοῦ μετὰ τοῦ Ποσειδῶνος, ὃν αὐτὸς εἴωθεν

A. 2. Ὁρᾶτε,] Legendum Ὁρᾷς cum Mez.
A. 5. εἴωθεν] Forte εἰώθας. Palat. εἴωθα.

OBORTO autem omnium tumultu, Menephyllus Peripateticus Hylam alloquens, Videtis, inquit, quæſtionem hanc non fuiſſe ſubſannandi contumeliæve cauſſa propoſitam. Sed tu, mi homo, *Ajace iſto pertinace et infauſti*, ut Sophocles appellat, *nominis* omiſſo, ad Neptunum

ἱστορεῖν ἡμῖν ἡττώμενον πολλάκις, ἐνταῦθα μὲν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ἐν Δελφοῖς δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐν Ἄργει δὲ ὑπὸ τῆς Ἥρας, ἐν Αἰγίνῃ δὲ ὑπὸ τοῦ Διός, ἐν Νάξῳ δὲ ὑπὸ τοῦ Διονύσου, πρᾶον δὲ πανταχοῦ καὶ ἀμήνιτον ὄντα περὶ τὰς δυσημερίας· ἐνταῦθα γοῦν καὶ νεὼ κοινωνεῖ
B μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐν ᾧ καὶ βωμός ἐστιν Λήθης ἱδρυμένος. Καὶ ὁ Ὕλας, ὥσπερ ἥδιον γενόμενος, Ἐκεῖνο δέ σε, εἶπεν, ὦ Μενέφυλλε, λέληθεν, ὅτι καὶ τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξαιροῦμεν οὐ πρὸς τὴν σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. Πάντα, εἶπεν ὁ Λαμπρίας, ὅσῳ τοῦ Θρασυβούλου γέγονε Ποσειδῶν πολιτικώτερος, εἰ μὴ κρατῶν ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ'
C ἡττώ * ὅρκοις δὲ ἄνδρας ἐξαπατητέον. Καὶ ὁ Γλαυκίας, Ἐγὼ μέν, ἔφη, κατὰ Πολυκράτους ἀκήκοα τοῦ τυράννου

A. 8. Αἰγίνῃ] Αἰγύπτῳ Palat.

B. 1. Λήθης] Ita dedi, ut dudum firmatum conſenſu doctorum hominum. Reddidit Xyl. notavit Mez. Vulgo omnes libri ἀληθής.

B. 4. ἐξαιροῦμεν οὐ] Sic Anon. Mez. T. V. Vulgo, ἐξῃρημένην. Libri multum diſſentiunt.

B. 6. Πάντα] Legendum puto Παπαί, ut et Mez. conjecit T. V. Anon. πάντως.

C. 1. ἡττώ * ὅρκοις] Interjecta his vocibus adhuc deſiderantur in omnibus qui ad noſtram et aliorum notitiam venerunt libris.

te confer. Hunc enim ille nobis ſolet narrare ſæpenumero victum: hic a Minerva, Delphis ab Apolline, Argis a Junone, in Naxo a Libero patre: et tamen ubique animo æquo tuliſſe ſuum infortunium. Nam hic quidem commune cum Minerva habet templum, in quo etiam ara Oblivionis eſt dedicata. Tum Hylas, ut qui jam ad hilaritatem rediiſſet, Id vero, inquit, te Menephylle fefellit, quod ſecundam diem menſis Boëdromionis nos eximimus, non propter Lunam, ſed quod ea die de Attica contentio Minervæ cum Neptuno creditur fuiſſe. Omnino, aiebat Lamprias, quantum civilitate prior fuit Thraſybulo Neptunus, quando non victor, ut ille, ſed victus * jurejurando autem viros decipiendum. Et Glaucias, Audivi, inquit, ego, hoc

λεγόμενον τὸν λόγον τοῦτον· εἰκὸς δὲ καθ' ἑτέρων λέγεσθαι· σὺ δὲ πρὸς τί τοῦτο ἐρωτᾷς; Ὅτι, νὴ Δία, ὁ Σῶσπις ἔφη, τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις ὁρῶ, τοὺς δὲ Ἀκαδημαϊκοὺς, λόγοις ἁρπάζοντας· οὐδὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι στόμαχοι διαφέρουσι τῶν ἐρωτώντων πότερον ἄρτια τῇ χειρὶ συνειληφότες ἢ περιττὰ συντείνουσιν. Ἐπαναστὰς οὖν ὁ Πρωτογένης, καί με καλέσας ἐξ ὀνόματος, Τί παθόντες, εἶπε, τοὺς ῥήτορας τούτους τρυφᾷν ἐῶμεν, ἑτέρων καταγελῶντας, αὐτοὺς δὲ μηδὲν ἐρωτωμένους, μηδὲ συμβολὰς D λόγων τιθέντας; εἰ μὴ νὴ Δία φήσουσι μηδὲν αὐτοῖς μετεῖναι τῆς ἐν οἴνῳ κοινωνίας, Δημοσθένους ἐπαινέταις καὶ ζηλωταῖς οὖσιν, ἀνδρὸς ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ μηδέποτε πιόντος οἶνον. Οὐκ αἴτιον, ἔφην ἐγὼ, τοῦτο τούτων, ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲν αὐτοὺς ἠρωτήκαμεν· εἰ δὲ μή τι σὺ χρησιμώτερον ἔχεις, ἐγώ μοι δοκῶ προβαλεῖν αὐτοῖς ἐκ τῶν Ὁμήρου ῥητορικῶν θέσεων μίαν ἀντινομικήν.

C. 3. δὲ καθ'] Legendum, δὲ καὶ καθ', cum Mez.
C. 5. ἀστραγάλοις] Sic Palat. Vatic. Vulgo, ἀστραγάλους.
C. 6. λόγοις ἁρπάζοντας] Prius conſequenter antecedenti poſui pro λόγους: poſterius mutandum videtur in ἀρτιάζοντας.
C. 6. στόμαχοι] Forte, στωμύλοι, vel αἱ τοιαῦται σκιαμαχίαι. Mez. λεπτολογίαι.

de Polycrate tyranno fuiſſe dictum: fieri poteſt ut etiam in alios uſurpatum fuerit: tu vero cur hoc quæris? Quia, inquit Soſpis, pueros mehercle video talos, Academicos argumenta rapere: nihil enim hujuſmodi ſtomachi differunt ab his qui interrogant, parne ſit an impar quod manu continent. Ibi ſurgens Protogenes, meque nominatim invocans: Quid accidit nobis, inquit, qui patimur rhetores iſtos aliis irridendis luxuriare? nihil ipſi diſputamus, neque ſtipem huc conferentes? niſi fortaſſe dicent ſe communionis inter pocula exſortes eſſe, Demoſthenis laudatores atque imitatores, qui tota vita nunquam bibit vinum. Non hæc, inquam ego, horum eſt cauſſa: ſed nos nihil ex ipſis quæſivimus. Et niſi habes aliquid potius, videor mihi ipſis propoſiturus unam de Homericis quæſtionibus legum contrarietate conſtantem.

ΠΡΟΒΛΗΜΑ ΙΓ΄.

Περὶ τοῦ ἐν τῇ τρίτῃ ῥαψῳδίᾳ τῆς Ἰλιάδος ἀντινομικοῦ ζητήματος.

QUÆSTIO XIII.

De legum contrarietate, ex Iliadis libro tertio.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΠΡΩΤΟΓΕΝΗΣ. ΓΛΑΥΚΙΑΣ. ΣΩΣΠΙΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

PLUTARCHUS. PROTOGENES. GLAUCIAS. SOSPIS.

E α΄. ΤΙΝΑ, ἔφη, ταύτην; Ἐγώ σοι φράσω, εἶπεν, ἅμα καὶ τούτοις προβάλλων· διὸ τὸν νοῦν ἤδη προσεχέτωσαν. Ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ ῥητοῖς δήπου πεποίηται τὴν πρόκλησιν οὕτως,

Αὐτὰρ ἔμ' ἐν μέσσῳ καὶ ἀρηΐφιλον Μενέλαον
Συμβάλετ' ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι.
Ὁππότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται,
Κτήμαθ' ἑλὼν εὖ πάντα γυναῖκά τε, οἴκαδ' ἀγέσθω·

E, 6. κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι] Plene ex Homeri loco Baſ. Xyl. Οἷως ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ κτήμασι πᾶσι μάχεσθαι.

I. QUAM? inquit ille. Dicam tibi, aiebam, illiſque ſimul proponam: proinde animos attendant. Nimirum expreſſis conditionibus Alexander cum Menelao ſingulari certamine ſe congreſſurum proteſtatur:

Me nunc in medium committite cum Menelao,
De cunctis opibus decertatum, et Jove nata.
Utrius noſtrum fuerit victoria, conjux
Hunc Helena, atque omnis mox gaza ſequatur ad ædes.

